Quoniam autem ⁊ motiuum videbatur ⁊c. Posquam philosophus narrauit opinionem philosophorum inuestigantium animam per viam motus ⁊ per viam cognitionis in parte ista narrat opinionem inuestigantium animā vtroque modo circa quod tria facit quia pⁱo facit quod dictum est. secundo dat differentiā inter ipsos philosophos. tertio epilogat circa d̄terminata. secunda ibi differunt autem de principiis. tertia ibi differunt autem omnes dicit ergo quod q̄m autem ⁊ motiuum ⁊ cognoscitiuum videbatur esse anima sic aliqui quidem complexi sunt ex vtrisque enunciantes animā esse numerum seipsum mouentem. Notandum autem quod dicentes animam esse nūerum seipm mouentem complectebantur vtrūque videlicet cognitionem ⁊ motum. nam ex eo quod anima erat numerus competebat ei cognoscere nam cum numeri ponantur esse principia rerum si anima erat numerus habebat similitudinem cum aliis entibus que erant ex numeris constituta ⁊ per consequens poterat alia cognoscere in quantum antez anima erat seipsam mouens poterat alia mouere. Notandum autem quosdam dixisse hanc opinionem fuisse platonis quod anima esset numerus seipsum mouens sed hoc non videtur congruum quod introducatur hic. hec positio tanquam platonis opinio quia tunc hoc dictum non poneret in numerum cum superioribus positionibus quod est contra commentatorez dicentem tres sectas fuisse de anima quarum vna inuestigauit animam per viam motus. alia per viam cognitionis. tertia per viaꝫ vtriusq̄ꝫ. dicitur ergo hec opinio fuisse zenocratis ⁊ melius est vt introducatur hic tanquam opinio zenocratis quam tanquam opinio platonis. Deinde cum dicit differunt autē dat differentiam inter hos philosophos prout loquebantur tam de principiis quam de anima circa quod tria facit quia primo ostendit quomodo differenter loquebantur philosophi quā tum ad substantiam principiorum. secundo quomodo loquebantur differenter quantum ad numerum. tertio narrat varias opiniones philosophorum circa principia ⁊ circa animaꝫ secunda ibi differunt autem ⁊c. tertia ibi vnd̄ quibusdam dicit ergo quod differunt autem loquentes de principiis que idest quantum ad que idest quantum ad substantiam principiorum ⁊ quot idest quantum ad numerum naꝫ differenter loquebantur philosophi de principiis ⁊ quantum ad numerum ⁊ quantum ad substantiam ⁊ maxime quidem quantum ad substantiam principiorum loquebantur differenter facientes corpora idest facientes principia corporalia ⁊ incorporea idest facientes principia incorporea ⁊ etiam differenter loquebantur his idest ab his qui erant miscentes et erant enunciantes principia ab vtrisque idest a corporalibus ⁊ incorporalibus. Notandum autem quod philosophi quantuꝫ ad substantiam principiorum differebant tripliciter quia quidam posuerunt principia corporalia ita vt empedocl'. qui posuit quatuor elementa principia rerum. quidam vero posuerunt principia incorporalia vt plato qui posuit ideas principia entium. quidam vero posuerunt principia vtraque tam corporalia quam incorporalia vt anaxagoras qui posuit intellectum tanquam principium incorporale ⁊ posuit partes consimiles tanquam principia corporalia facientes ergo principia corporalia differebant a facientibus principia incorporea ⁊ ab his q̄ miscebant vtraque. Deinde cum dicit differunt autem ⁊c. ostendit quomodo differebāt predicti philosophi in loquendo de principiis quantum ad numerum dicens quod differūt autem ⁊ circa multitudinem idest circa numerum principiorum quia hii quidē ponunt vnū principium omnium vt diogenes qui dixit principium omnium esse aerem ⁊ eraclitus qui posuit vnum principium omnium dicens quod omnia erant vapor illi vero idest alii ponunt plura principia rerum vt empedo. qui posuit quatuor elementa ⁊ anaxagoras qui posuit partes consimiles vel corpora similium partiuꝫ esse principia rerum ⁊ subdit quod consequenter autem hys idest consequenter principiis assignant ⁊ animam loquebantur autem philosophi de anima cōsequenter principiis idest sicut loquebantur de principiis. quia qui posuerunt vnum principium omnium dixerunt animam esse illud vnum principium qui vero posuerunt plura dixerunt animam esse illa

fi 20

plures et subdit quod secundum naturam primorum idest secundum naturam principiorum motiuum estimauerunt supponere esse animam et hoc non irrationabiliter qui dicit quod extimauerunt animam posse mouere & habere rationem motiuis ex eo quod erat ex principiis.

Dubitaret forte aliquis quomodo anime competit ratio mouendi ex eo quod est ex principiis dicendum quod opinio fuit Aristotelis quod nihil aquirat nouum esse nec nouam dispositionem nisi mediante motu vt si igitur vel calefit lignum oportet quod aliquis motus precesserit hanc nouam dispositionem. Si ergo de ratione principiorum est aliquid efficere & causare vel aliquam nouam dispositionem inducere oportet quod fiat hoc mediante motu quare de ratione principiorum est mouere & maxime de ratione principiorum habentium rationem cause efficientis inde est quod a philosopho causa efficiens appellatur principium vnde motus quare si de ratione principiorum est mouere non irrationabiliter estimantur animam habere rationem motiui ex eo quod est ex principiis.

Deinde cum dicit vnde quibusdam assignat varias opiniones loquentium de anima circa quod tria facit quia primo narrat opiniones loquentium magis subtiliter secundo loquentium mediocriter. tertio narrat opiniones loquentium magis grosse & magis ruditer secunda ibi videtur autem tales. tertia ibi magis autem rudium circa primum tria facit secundum quod tres opiniones narrat quia primo narrat opinionem dicentium animam esse ignem. secundo narrat opinionem democriti. tertio narrat opinionem anaxagore. secunda ibi democritus autem. tertia ibi anaxago. autem. dicit ergo quod quibusdam visum est animam esse ignem quia hic idest ignis est subtilissimus in partibus idest est compositus ex partibus raris & subtilissimis & est maxime elementorum incorporeorum idest est maxime incorporeus inter elementa adhuc autem ignis mouetur quia & mouet omnia alia & hoc primo & principaliter.

Notandum autem quod sicut dicit est antiqui loquebantur de anima sic loquebantur de principiis operationes anime ergo referebant ad ea que videbant in ipsis principiis. & quia ignis est quid subtile & quid mobile dicentes principium omnium esse ignem dixerunt animam esse ignem ratione generis quia ignis est subtilis et incorporeus dicebant quod anime competit alia cognoscere ex eo vero quod ignis est quid maxime mobile dicebant quod competit anime alia mouere.

Dubitaret forte aliquis quomodo ignis est incorporalissimum elementorum dicendum quod quedam elementa sunt magis materialia quedam magis formalia ita quod secundum quod elementa ordinantur secundum locum sic habent magis & minus de formalitate terra ergo locum tenens infimum plus habet de materia & minus de forma quod satis declarat eius densitas & compactio aqua autem est formalior terra. Rursus aer qui est super aquam est formalior quam aqua in vno enim pugilo aque plus est de materia quam in vno pugilo aeris. immo ex vno pugilo aque fiunt decem pugila aeris vt vult philosophus inde generatione est ergo aqua materialior aere & per consequens aer est formalior aqua. eadem ratione ignis est formalior aere sic etiam celum est formalius ceteris aliis corporibus & inter ipsos celos celi superiores creduntur formaliores aliis. ignis ergo est incorporalior elementorum idest formalior quam cetera elementa non est itaque verum quod ignis sit formalior quam cetera corpora quia celum est formalius igne eo quod sit actiuius ipso agit enim ignis in virtute celi nec habet ignis quod sit quid actiuum nisi inquantum est organum celestis corporis vt innuit philosophus circa finem secundi de generatione ignis igitur est incorporalior idest formalior quam cetera elementa. sed non est formalior quam cetera corpora.

Ulterius forte dubitaret aliquis quomodo ignis mouetur & mouet alia. primo dicendum opinionem fuisse antiquorum philosophorum vt sepe et sepius dictum est nihil mouere nisi moueatur et ipsum sicut ergo competit alicui rei quod moueat sic competit ei quod moueatur & ipsa ignis itaque qui inter cetera elementa est actiuior respectu aliorum elementorum. primo et principaliter competit ei agere & per consequens mouere tanquam magis actiuo & magis formali & si simpliciter competit igni quod moueat principaliter competit ei quod moueatur vniuersaliter ergo respectu omnium corporum mouere & moueri competit. primo super celestibus corporibus. vnde sequendo positionem horum philosophorum scilicet quod nihil moueat nisi moueatur & ipsum mouere & moueri non vniuersaliter respectu omnium corporum sed respectu elementorum competit primo igni.

Deinde cum dicit democritus autem narrat opinionem democriti dicens quod democritus autem dixit dulius idest conuenientius & rationabilius quam alii enuntians vtrunque horum idest enuntians. propter quid est vtrunque horum videlicet quod anima cognoscat & moueat. ait enim animam quidem & intellectum esse idem idest dicit quod anima est idem quod intellectus & quod anime competit intelligere & cognoscere. istud autem dicit esse qui est primorum & indiuisibilium corporum idest quia est composita ex indiuisibilibus corporibus que sunt prima & principia. motiuum autem idest esse quid motiuum dicit animam propter subtilitatem partium & propter figuram partium partes ergo & athomi quos ponebant

nebant aiaz ⁊ illa indiuisibilia corpora ex eo ꝙ
erant prima principia dabant anime ꝙ intel-
ligeret sed ex eo ꝙ erant figure rotunde dabāt
anime quod esset quid motiū ⁊ quod moueret
quia figuratum leuiter idest faciliter mobilis-
simaz dicit esse spericam huiusmodi autem fi
gure videlicet sperice dixit esse ignem ⁊ intel-
lectum. Dubitaret forte aliquis quomodo
illa corpora indiuisibilia ex quibus ponebat d-
mocritus componi animam ex eo quod erant
prima idest ex eo ꝙ erant principia dabant ani
me quod esset idem ꝙ intellectus vel quod idē
est dabant ei quod intelligeret ⁊ quod cogno-
sceret dicendum ꝙ cum ex principiis sint alia
eo ipso ꝙ ponitur anima componi ex pricipiis
ponitur ꝙ habeat similitudinem cum aliis et
per consequens ꝙ cognoscat alia. illa ergo cor-
pora indiuisibilia ex quibus componebatur ani
ma ex eo quod erant prima ⁊ principia dabāt
anime quod intelligeret ⁊ cognosceret sed eo ꝙ
erant figure sperice dabant ei quod moueret.

Deinde cum dicit anax. autem narrat opi
nionem anax. dicens anaxa. autem videtur q
dem dicere alterum esse animam ⁊ intellectū
sicut diximus prius vtitur autem vtrisqz si-
cut vna natura. naz vt prius dicebatur anax.
videtur sibi ipsi esse contrarius quia aliquan-
do dicebat animam ⁊ intellectum eē alterum
aliquando vero dicebat quod erat eadem na
tura ⁊ ꝙ erat idem anima ⁊ intellectus. verū
tamen differt hic anax. ab aliis quia ipse po-
nit intellectum maxime esse principiuz omni
um ⁊ ipsum solum intellectum de numero eo
rum que sunt idest de numero entium dicit eē
simplicem ⁊ inmixtum quia non est corpus ⁊ di
xit ipsum eē purum quia non est virtus in corpo
re ⁊ addit quod eidem principio idest eidem i
tellectui assignat inesse vtraqz videlz cognosce
re ⁊ mouē dicēs itellectū mouē oē ⁊ ēt cognoscē
oē. Notandum autem ꝙ in determinādo
de cognitione intellectus anax. diuersificabat
ab omnibus aliis nam alii. vt anima cogno
sceret omnia dicebant ipsam compositam quo
dā modo ex omnibus nam vt cognosceret ter
ram dicebant ipsam compositam ex terra et
vt aquam ex aqua anax. vero econuerso vt in
tellectus cognosceret omnia posuit ipsum sim
plicem inmixtum purum ⁊ sepergtum ab omni
bus quod autem anax. in. h. bñ dixerit quia po
suit intellectum sic simplicem ⁊ sic abstractuz
in tertio ostendetur enim. Notandum etiā
ꝙ corporum quedam sunt composita ex parti
bus quantitatiuis vt elementa quedam vero
sunt composita ex aliis corporibus vt elemen-
tata que sunt mixta ⁊ composita ex elemētis
Rursus virtutum quedaz sunt impure vt vir
tutes organice ⁊ corporales quedam vero sūt
pure vt virtutes abstracte ⁊ immateriales intel
lectus ergo simplex est quia non est composit⁹
ex partibus quantitatiuis nec ē corpus elemē
tare ⁊ est inmixtus quia non est compositus ex
aliis corporibus nec est corpus elementatum.
tertio est purus quia non est virtus corporalis
⁊ organica sed immaterialis ⁊ abstracta. No
tandum ast ꝙ anax. hec duo videlicet cogno-
scere ⁊ mouere attribuebat eidem principio. i.
eidem intellectui sed non propter eandem cāz
sed vt dicitur dicebat ꝙ intellectui competit
vt cognoscat ⁊ intelligat quantum est de se. i.
de sui natura sed ꝙ moueat ei competit inquā
tum est aliorum principium ⁊ causa.

Videtur autem tales ex quib⁹ ⁊c. Nar
rata opinione democriti ⁊ anax. qui
magis subtiliter loquebantur i parte
ista narratur opinio quorūdam aliorum phōz
qui quasi mediocriter loquebantur quia neclo
quebantur ita subtiliter ut dmocritus ⁊ anax.
nec ita grosse vt quidam alii phi de quibus in
ferius dicetur. Diuiditur autem hec pars
in partes quattuor. secundum ꝙ quattuor hu
iusmodi opiniones recitantur nam primo reci
tatur opinio cuiusdam phi qui vocabatur tha-
les. secundo recitatur opinio dyogenis. tertio
eraditi. quarto almeonis. secunda ibi. dyoge-
nes autem. tertia ibi eraditus autem. quarta
ibi similiter autem his dicit ergo ꝙ videtur
autem thales ex quibus reminiscimur idest
secundum ea que reminiscemur ex dictis ei⁹
opinari animam esse aliquid motiuum ⁊ quia
credebat ꝙ mouere esset propriū aīe credidit
ꝙ quicquid moueret esset animatum dixit er
go siquidem lapidem magnetem vel adamā
tem habere animam quoniam mouet ferruz
Notandum autem quod ait ex quibus re
miniscimur quia ille philosophus qui voca-
batur thales cuius dicitur esse hec opinio pri
mo dicitur fuisse vnus de septem antiquis phi
losophantibus inter quos septem. omnes alii
studuerunt circa moralia hic solus dedit se
ad inquisitionem rerum naturalium et quia
sic fuit antiquum factum suum ideo hic dici-
tur ex quibus hic reminiscimus. Notan
dum etiam quod iste philosophus nomine tha
les non sequtus fuit positionem suam nam vt
recitatur. in primo methaphisice ipse posuit
quod pincipium omnium erat aqua tamen
nō dixit quod anima erat aqua. sed quod erat
quedam virtus motiua. Notandum au-
tem quod vbi nos habemus tales vetus trā
slatio habet ythalis commentator autem ex-
ponit hanc opinionē nō de phō illo q vocabaē
thales. sed de melisso nec qz noua translatio
appropriat hanc opinionem illi phō qui vocaba
tur thales ⁊ quia themistius qui fuit grecus

h. idem ait credendas est sic esse. Deinde cum dicit dyogenis aūt narrat opinionem dyogenis dicens ꝙ dyogenes quidem sicut ⁊ alteri determinabat de anima ꝓpter motum ⁊ cognitionem opinans hunc aerem esse animā quem aerem dicebat esse omnium subtilissimū ⁊ principium aliorum ⁊ propter. h. dicebat animaȝ cognoscere ⁊ mouere qꝛ secunduȝ quidem quod aer est quid primuȝ ⁊ principiū dicebat animam reliqua cognoscere secunduȝ vero ꝙ est quid subtilissimum dicebat animā esse quid motiuum. Notandum autem opinionem dyogenis in hoc consistere ꝙ anima erat aer qui aer erat principiū omniū anima ergo existens aer habeat similitudinē cuȝ omnibus ⁊ per ꝯsequens poterat cognoscere. ola aer itaqȝ ex eo quod erat principiuȝ dabat anime ꝙ cognosceret sed ex eoꝙ erat quid subtile et quid mobile dabat anime quod moueret.

Deinde cum dicit eraditus autem ponit opinionem eraditi dicens ꝙ eraditus siquidē dicit principium omnium eē vaporem ex quo vapore anima constituitur ⁊ huiusmodi vaporem dicit esse incorporalissimū ⁊ fluens super hunc ergo vaporem dicit esse animam dicebat autem ꝙ mouetur cognosci moto in motu autem sunt omnia que sunt idest omnia entia ⁊ quia ille eraditus sic arbitratus est ⁊ multi alij sic arbitrati sunt ꝙ omnia essent in motu vt anima cognosceret omnia ⁊ vt haberet similitudinē cum omnibus posuit ipam esse vaporem ⁊ esse quid mobile. Notandum aūt eraditum posuisse ꝙ entia erant in tanto fluxu ꝙ nihil cōtingeret scire ⁊ ꝙ simul poterant cōtradictoria verificari dicebat enim ꝙ cum dicitur hoc est tanta ē flexibilitas rerum quod statim potest dici hoc non est ⁊ quia vapor est valde fluxibilis vt saluaret continuum fluxuȝ in entibus dixit principium omnium entium esse vaporem. Notandum autem ꝙ cuȝ antiqui phī loquebantur de principus potissime loquebantur de principio materiali vnde cuȝ dicebant ꝙ principium omnium erat aqua intelligebant ꝙ omnia fierent ex aqua tanꝗ ex materia ergo materiale principium quamuȝ de se est nō habeat contrarietatem sed sit ī potentia ad contraria cum in extremis magis reseruetur contrarietas quaȝ ī medio ponētes materiale principium omnium esse non aliqđ elementum sed mediam inter elementa magis accedebant ad naturaȝ materie ⁊ quia vapor dicit quid medium inter aerem ⁊ aquam visus est eraditus ex hoc aliquo modo appropinquare naturam materialis principii.

Notandum etiam quod quia secunduȝ antiquos simile simili cognoscitur sicut aqua cognoscitur aqua ⁊ terra. terra sic ꝙ mouenꝰ idest mobile cognoscitur moto idest mobili et quia mobile mobili cognoscitur posuerunt animaȝ esse quid mobile vt posset cognoscere omnia entia que sunt in motu ⁊ que sunt mobilia.

Deinde cum dicit similiter autem ponit opinionem almeonis. dicens ꝙ almeon visus est opinari de aīma similiter his quia sicut hii dicti phī opinabantur animam esse quid mobile sic almeon opinatus est animam esse quid mobile ideo subdit quod dicit almeon ipsam animam esse inmortalem propter. h. quod assimilabatur Imortalibus idest corporibus sup celestibus hoc autem videlicȝ assimilari corporibus super celestibus dixit inesse anime tanꝗ semper mote nam omnia diuina idest omnia super celestia videmus mouere continue ⁊ sp vt lunam ⁊ solem ⁊ astra ⁊ rotuȝ celuȝ. Notandum autem ꝙ almeon videtur dixisse similiter aliis ⁊ dissimiliter. sil'r. n. dixit quia sicut alii attribuebant anime motum sic ⁊ iste volunt motum attribuere anime. dissimiliter aūt dixit quia aliqui attribuebant anime motū eo ꝙ dicebant ipam eē ignē aliqui vō dicebant ipsam aerem ⁊ sic de aliis. almeon vero dixit animaȝ esse in continuo motu. quia erat đ natura celi ꝙ continue mouetur. Deinde cum dicit magis autem rudium narratis opinionibus subtilibus ⁊ mediocribus narrat opiniōes magis rudes circa quod tria facit quia primo narrat opinionem hyppi secundo opinionem critie. tertio remouet quandam cauilationem circa predicta. secunda ibi alii autem sanguinem. tertia ibi omnia autem elementa dicit ergo magis autem rudium idest de numero magis rudium enunciauerunt illi qui dixerūt quod anima erat aqua quedam vt hyppus. Nam hyppus ⁊ sui sequaces visi sunt persuadere quod anima sit aqua quedam ex genitura idest ex semine ex quo generantur animalia quoniam ipsum semen ⁊ ipsa genitura omnium animalium est humida ⁊ videtur esse nature aquee namqȝ ipse hyppus arguit idest redarguit ⁊ reprehendit dicentes animaȝ eē sanguinem quoniam genitura non est sanguis sed est quid humidum hanc autem humiditatem ⁊ hanc aquam. cuius nature erat genitura animalium dicebat animam primaȝ idest animam principaliter. Notandum autēȝ quod cum anima sit principium animalium videbatur hyppo quod anima primo ⁊ principaliter deberet esse illius nature cuius est ipȝ semen ⁊ ipsa genitura ex qua generantur animalia hoc autem vt dicebat est nature humide ⁊ nature aque ideo dicit animam esse aquā

Dubitaret forte aliquis quomodo hyppꝰ rudius aliis est loqutus dicendum quod cum anima sit forma et actus ⁊ endelechia corporis si debet poni anima esse aliquod elementum dignum est quod ponatur esse elementum magis formale et quia aqua est materialior inter elementa excepta terra cum nullus

phōꝝ posuerit animā esse terrā hypp⁹ dicens animam eē aquam inter alios. rudius enūciauit. Ulterius forte dubitaret aliquis vtruꝫ ratio hyppi eēt bona videlicet ꝙ qꝛ genitura animalium erat humida ⁊ aquea ideo anima erat aqua dicendum ꝙ ratio magis erat ad oppositum ꝙ̄ꝫ ad ppositum nā cuꝫ alia sit ratio materialis ⁊ formalis principii sicut ē alia ratio potentie ⁊ actus ex quo genitura animaliū que ē ex aqua ex qua materialiter sunt aīalia est humida ⁊ aquea anima per quam sunt formaliter animalia nec hūida nec aquea dicitur esse. Deinde cum dicit alii autē narrat opinionem crixie dicens quod alii autem opinati sunt animā esse sanguinē quēadmoduꝫ crixias ⁊ eius sequaces opinantes ipm̄ sentire eē magis pprium anime hoc aūt scilicet sentire dicebant inesse aīalibus ppter naturā ideo dixerunt animaꝫ eē sanguinē. Notandum autē ꝙ cum partes carentes sanguine cuiusmodi sūt vngues ossa ⁊ capilli nō sentiāt credidit crixias qd̄ sentire inessꝫ animalib⁹ ppter naturaꝫ sanguinis. Notandum etiam ꝙ cum sentire videatur proprie inesse anime ⁊ hoc vt rudiē videbatur insit animalibus ppter naturam sanguinis dixit crixias aīam eē sanguinem.

Deinde cū dicit omnia autem remouet ꝙ̄ꝫdam cauillationeꝫ circa pretacta posset eniꝫ aliquis querere cū phūs narrauerit opinionē dicentiū animā eē ignē eē aerem ⁊ eē aquā qr̄ nō narrauit opinionē dicentiū animam eē terram ad quod ipse respondet quod null⁹ phōꝝ opinatus est terrā per se acceptā esse principiū ideo nullus posuit aīam eē terram. emp. tamē dixit terrā eē principiū nō per se acceptā ſꝫ vna cum omnibus aliis elementis sicut ēt non dixit animā eē terraꝫ p se acceptaꝫ sed dixit eaꝫ esse terrā cū oībus aliis elementis. h. est ergo ꝙ ait ꝙ oīa alia elemēta acceperūt iudicē preter terram terra autē non accepit iudicem. i. nullus phōꝝ iudicauit terram esse principiū huiꝰ. n. terram nullus phōꝝ proiulit. i. dixit supp. eē animaꝫ nullus. n. phōꝝ antium dixit animā eē terram tantū. nisi si aliquis dixerit ipsā animam eē ex omnibus elementis aut alia elementa omnia. Dubitaret forte aliquis qꝛ videē hoc falsum ꝙ omnia elemēta accepint iudicem preter terraꝫ inuenitur. n. ꝙ aliquis iudicauerit terram eē principiū oīum naꝫ vt habetur secundo meth. secundum translationem ꝯmenti ysidorus dixit ꝙ terra ē primum principiū corporuꝫ. dicendū ꝙ cum dicitur oīa elementa accepisse iudicem preter terram referendū est. h. ad phōs qꝛ null⁹ phōꝝ iudicauit terram eē oīum principium. Isidorus autē qui dicitur. h. iudicasse non dicitur esse phūs ſꝫ vt recitat ꝯmentator in eodem scđo meth. dr̄ fuisse homo famosus in legibus inter phōs āt īuenitur aliquis posuisse terram principiuꝫ eē nō per se sumptam sed acceptam cum omnib⁹

aliis elementis ita ꝙ posuit omnia elementa esse principium ⁊ posuit animaꝫ componi ex oībus elementis ⁊ esse oīa elementa ⁊ huiusmodi opinionis fuit emp. Rursus inuenitē aliqs posuisse terram esse principium non seperatiꝫ ⁊ per se sumptā sed simul cuꝫ igne. ⁊ huiusmōi opinionis dicitur fuisse pmenides ponēs ignē ⁊ terrā rerum principia. sed qualiter hoc veritatem habet cum in primo phisicorum permenides ⁊ mellissus dicātur posuisse tantū vnum esse: in de generatione dicturus dicimus.

Deinde cum dicit diffiniunt autem epilogat circa determinata circa ꝙ duo facit qꝛ primo ait omnia dicta phōꝝ reduci ad tria. secundo reducit omnia talia ad vnum ibi. statiꝫ post horum autem vnūquodqꝫ dicit ergo ꝙ omnes vt est dicere diffiniunt animam idest venati sunt quidditatem ⁊ diffinitionem anime tribus idest tripliciter videlicet motu sensu ⁊ in corporeo omnes enim venati sunt vnitatem ⁊ quidditatem anime vel per viam motus vel per viam cognitionis ⁊ sensus vel per viā simplicitatis ⁊ incorporeitatis. Deinde cū dicit horum autem vnūquodqꝫ reducit omnia dicta philosophorum ad vnum videlicet ꝙ omnes considerauerunt de anima per comparationem ad principia circa quod duo notāda sunt. primum enim notandum est ꝙ omnes phi considerauerunt de anima per comparationem ad principia. ita quod posuerunt aīam compositam ex principiis omnium vt cognosceret omnia excepto anaxag. qui posuit itellectum simplicem immaterialem ⁊ seperatuꝫ ab omnibus vt cognosceret omnia. secundo notādum est ꝙ principia tripliciter possūt considerari. primo quantuꝫ ad substantiam. secundo quantum ad numerū. tertio quantuꝫ ad qualitates inherentes ipsis principiis ⁊ secunduꝫ h. omnia phi referebant animam in principio nam sicut diuersimode loquebantur de principiis quantum ad substantiam quantum ad numerum ⁊ quantuꝫ ad qualitates sic ⁊ diuersimode loquebantur de anima. quatuor ergo facit quia primo ostendit quod phi referebant animam in principia quantum ad principiorum substantiam secundo declarat quod referebant animam ad principia quantum ad principiorum numerum tertio ait quod anax. ab aliis phis discordant quarto manifestat quomodo antiqui phi referebant animam in principia quantum ad principiorum qualitates secunda ibi quicūqꝫ quidem igitur vnum aliqꝫ tertia ibi anax. autem. quarta ibi quicūqꝫ quidem contrarietates dicit ergo quod vnūqꝫqꝫ dictū hoꝝ phōꝝ reducitur ad principia vnū ⁊ in cognoscendo faciunt ipam animam vt cūꝫ āt ex elementis ⁊. h. quantū ad elementoꝝ sbām dicebant. n. animā eē de sbā elemētoꝝ. i. principioꝝ ⁊ in. h. erant dicentes similiter adinucē preter vnum. s. preter anax. qui discordant

ab aliis omnes.n.excepto anax.dixit simile simili cognosci quoniã.n.anima cognoscit omia
ↄstituunt eam ex omnibus principiis vt hẽat
similitudinẽ cum omnibus. Deinde cum
dicit quicũqȝ quidem igitur vnam reducit ani
maȝ ad principia quantum ad principiorȝ nu
meruȝ dicens quod quicũqȝ quidem igiẜ.di
cunt vnam aliquam cãm aut vnum elemẽtũ
⁊ animaȝ ponunt esse illud vnum elementuȝ
vt dicentes ignem elemẽtuȝ omniuȝ ponunt
animã esse ignem aut ponẽtes aerem dñt ani
maȝ esse aerem plura vero dicentes principia
⁊ animam dicunt illis plura principia. De
inde cũ dicit anax.autem ostendit quod anax.
ab aliis discordauit dicens quod solus autem
anax.dicit itellectum ĩpassibilem ⁊ nulli alio
rum entium nihil hr̃e cõe sed huiusmodi cum
sit.i.cum intellectus nullaȝ hẽat cõmunitatẽ
⁊ similitudinem cum aliis quomodo cognoscȝ
alia.⁊ propter q̃ȝ cãm poterit habere cognitio
nem aliorum neqȝ anaxa.ille dixit neqȝ ex his
que dicta sunt ab eo est hoc ↄspicuum.i.mani-
festum. Notandũ ꝙ licet anaxa.bene dixe
rit dicendo itellectum esse inpassibilem ⁊ in
mixtum ⁊ non habere aliquid cõe cum aliis
diminutus tamen fuit in põne sua qꝛ nõ assi-
gnauit rõnem ⁊ cãm quomodo itellectus pos-
set itelligere alia cum nõ haberet similitudiẽȝ
cum eis. Deinde cum dicit quicũqȝ autem
ↄtrarietates.ostendit quomõ antiq phi refere
bant aiam in principia quãtum ad principio
rum qualitates ⁊ ↄtrietates dicens ꝙ quicũqȝ
autẽ ↄtrietates faciunt in principiis ⁊ animaȝ
ↄstituunt ex illis contrariis qualitatibus qui-
cũqȝ autem dicũt principium esse alterum cõ
trariorum vt calidum aut frigidũ aut aliquid
aliud huiusmõi vt tepidũ ⁊ alaȝ similiẜ ponũt
vnũ aliqd hoꝝ vt dicũt aiam esse quid calidũ
vel qd frigidũ aut aliquid aliud huiusmõi vñ
⁊ noibus ↄsequunẜ ↄñter.n.nominant animã
ab aliqua tali qualitate vt qui ponũt principiũ
oium esse quid calidũ nominant animam a ca
lido qui vero quid frigidum nominant eã a fri
gido ideo aliqui nominabant animã esse vitã
que ↄsistit in calido aliq vero dicebant eaȝ esse
respirationẽ ⁊ refrigerationẽ que ↄsistit i frigi-
do ideo subdit ꝙ qui qdẽ sunt dicentes calidũ
esse principiũ oium qꝛ pp.h.i.pp.calidũ ⁊ viuẽ
noiatum est supple ipm aiatum supp̃ tales di
cebant aiam esse vitã.qui aũt ponebãt princi-
piũ esse frigidũ volebant vocari aiam pp res-
pirationẽ ⁊ refrigeratõeȝ. Ultio ↄcludit cir
ca determiata dicẽs ꝙ.h.qõ sẜ tradita ab anti
qs de aia ⁊ he cãe assignate sunt pp quas anti
qui sic dicunt ⁊ sic locuti sunt de ipa.

Onsiderandum autem primum ⁊c.
e Positis antiquorum opinionibus in
parte ista phũs eas reprobat ad cui⁹
euidentiam sciendum ꝙ licet philosophi tripli
citer diffinirent animaȝ videlicet motu sensu
⁊ incorporeo principaliter tamẽ dupliciter ve
nabanẜ animaȝ videlicet motu ⁊ cognitione
siue sensu duo ergo facit quia primo reprobat
philosophoꝝ opiniones ꝑut venebãẜ animaȝ
motu secundo reprobat eas ꝑut venebãẜ alaȝ
cognitione vel sensu.secunda ibi tribus autȝ
modis traditis.circa primũ duo facit quia pri
mo adducit rõnes in gnãli quod nõ possit ani
me inesse motus vt phi dicebant secundo de-
scendit ad spãles opiniones philosophorum in
uestigantiuȝ animã per motum ibi quidam ãt
⁊ mouere circa primum duo facit quia primo
ↄtinuat se ad dicenda secundo exequitur de in
tento ibi quod quidem igitur.dicit ergo quod
considerandum autem primuȝ quidem est de
motu nam fortassis non solum falsum est substan-
tiam ipsius anime esse sic mobilem ⁊ esse talẽ
qualem aiunt phi dicentes animaȝ esse quod
est mouens se ipsam aut ꝙ possibile ẽ se moue
re sed inesse ipsi anime motuȝ est vnuȝ quod
dam demso ĩpossibilium. Non enim solum i
conueniens est animam esse sic mobileȝ vt po
nebant phi sed fortassis.est impossibile quod
aliquo modo insit ei motus quia nullo modo
videtur posse eẽ mobilis. Notandum aũt
ꝙ dicit fortasse quia licet anima nullo modo sit
mobilis per se tamen est mobilis per accidẽs
Deinde cum dicit ꝙ quidem.igitur exeq
tur de intento oñs animam non eẽ sic mobileȝ
vt ponebant antiqui circa ꝙ duo facit quia pri
mo remittit nos ad ratões factas in libro phi
sicorum secundo preter rationes illas adducit
alias rationes nouas quod nõ sit possibile ani
mam sic moueri vt confitebantur antiq ibi du
pliciter autem mouetur omne dicit ergo quod
quidem igitur non necesse sit mouens ⁊ ipsuȝ
moueri dictum est prius in phisicis nam i ter
tio phisicorum ostensum est quod motus nõ ẽ
in mouente sed in moto. Et quod non omne
mouens mouetur in.viii.phisicorum est de-
claratum vbi probatur quod est deuenire ad
aliquod mouens omnino immobile cum ergo
antiqui ponerent quod anima se ipsam moue
ret eo quod nihil moueret nisi moueretur et
ipsum patet hoc falsum esse per ea que sunt in
phisicis declarata. Deinde cum dicit du
pliciter enim mouetur adducit nouas ratiões
contra positiones antiquorum circa quod duo
facit quia primo ne laboret in equiuoco distin
guit motum in per se ⁊ per accidens.secundo
adducit rationes ostendentes animam non eẽ
per se mobilem vt ponebant antiqui ibi qua
tuor autem dicit ergo quod dupliciter moue-
tur omne autem secundum alterum idest per
accidens aut secundum se ipsum idest per se
secundum alterum autem dicimus mouere
quicquid mouetur ex esse idest ex eo quod est
in eo ꝙ mouetur per se vt nautẽ mouentur ꝑ
accidens quia sunt in naui que mouetur per se
non enim sic mouentur supp̃ naute ⁊ nauis

nam hec quidem exilim .i. nauis mouetur secundum seipsam .i. per se. Illi autem .i. naute mouentur ex eo idest ex eo quod sunt in eo quod mouetur .i. in naui que mouetur per se manifestum est autem hoc in partibus nam proprius quidem motus pedum est ambulatio .h. autem .i. ambulatio est et hominis nam quando homines mouentur per se tunc ambulant et mouentur per motum pedum et subdit quod non inest autem tunc nautis supple ambulatio. naute ergo quia tunc cum sunt in naui non ambulant nec mouentur ex eo quod non moueantur eorum partes idest pedes eorum non dicuntur moueri per se sed per accidens addit autem quod dupliciter vtimur dicto moueri non intendimus de motu per accidens sed nunc intendimus de anima si per se ipsam mouetur et si participat motu per se.

Deinde cum dicit quatuor autem adducit rationes quam plures ostendens quod anima non mouetur per se vt opinabantur antiqui circa quod .vi. facit secundum quod sex rationes adducit. secunda ibi amplius autem et si natura. tertia ibi. amplius autem siquidem. quarta ibi. quoniam autem videtur. quinta ibi motum autem .vi. ibi. at vero et si mouet. dicit ergo quod cum sint quatuor motus videlicet motus loci. mutationis motus alterationis augmenti et decrimenti. Si mouetur anima aut mouetur secundum vnum horum motuum aut secundum plures aut secundum omnes et addit quod si mouetur anima non secundum accidens inerit ipsi anime motus natura idest naturaliter et per se si autem .h. idest si motus inest anime et naturaliter et per se et locus supple competit ipsi anime quod est inconueniens ideo sequitur quod omnes dicti motus sunt in loco si ergo est substantia idest substantialis diffinitio anime mouere se ipsam per se inerit moueri ipsi anime et non inerit ei secundum accidens. sicut inest albo et tricubito. mouentur enim et hec sed secundum accidens. nam corpus illud cui insunt ista mouetur per se vnde non est locus per se ipsorum anime autem erit locus. siquidem participat motu natura idest naturaliter et per se quasi dicat quod albo et tricubito non erit locus per se quia hec non mouentur per se sed per accidens anima autem erit per se locabilis quia ponitur per se mobilis. Notandum autem quod accipiendo large motum vt includit mutationem sic dicuntur esse sex species motus scilicet generatio corruptio loci mutatio alteratio augmentum et diminutio. verum quia generatio et corruptio non sunt motus. sed sunt mutationes et sunt termini motus ideo species motus sunt ille quatuor que tanguntur in littera. Dubitaret forte aliquis quia videtur falsum esse quod in littera dicitur quod videlicet omnes dicti motus sint in loco nam cum non per omnes illos motus acquiratur locus non videtur quod omnes illi motus sint in loco per loci enim mutationem acquiritur locus per augmentum et diminutionem mutatur locus sed per alterationem non oportet mutari locum non ergo alteratio est in loco. Dicendum quod hoc tripliciter potest solui et quocunque modo soluatur videtur sufficere ad propositum primo sic vt referatur .h. ad ipsa mobilia secundum .h. ergo omnes dicti motus sunt in loco quia quicquid mouetur per se quocunque illorum motuum est quid mobile et locabile si ergo anime competit per se aliquis illorum motuum anima erit quid locabile et competeret ei per se locus quod est inconueniens secundo modo .h. potest solui si referatur .h. ad ipsum modum mouendi. Nam si dicatur quod alteratio non est in loco cum alteratio requirat approximationem alterantis ad alteratum et hoc non possit fieri sine loco quod est per se alterabile est per se locabile et tunc idem quod prius erit ergo anima per se locabilis si per se sit aliquo modo mobilis. tertio modo .h. potest solui si referatur .h. ad ipsos motus. nam motus localis est motus primus sicut ergo valet cuicunque inest sensus inest ei tactus eo quod tactus sit sensus primus. sic valet cuicunque inest motus inest ei motus localis. eo quod huiusmodi motus sit motus primus. omnes ergo isti motus sunt in loco quia omnes presupponunt motum localem qui de necessitate requirit locum non .n. plus vult philosophus per .h. verba quod omnes isti motus sunt in loco. nisi quod quicquid per se mouetur aliquo istorum motuum illud est quid locabile anima ergo qualitercunque sit per se mobilis erit per se locabilis quod est inconueniens. Vlterius forte dubitaret aliquis quare sit inconueniens animam esse per se locabilem dicendum quod de anima humana est specialis ratio quare non sit per se locabilis idest quare non occupat locum quia cum non sit quanta nec sit extensa extensione corporis locum occupare non potest possumus tamen vnam rationem communem adducere de omni anima nam quicquid non habet per se esse non habet per se moueri nec per se competit ei locus cum ergo omnis anima sit quedam forma et nulla forma habet per se esse nulli anime potest competere per se moueri per se locus. Vlterius forte dubitaret aliquis quomodo tricubitum et album sunt in loco per accidens dicendum quod non aliud significat album quam albedo album itaque significat qualitatem cuius et albedo qualitatem significet sic et tricubitum significat quantitatem cum ergo qualitas et quantitas non habeant esse per se non mouentur per se nec sunt in loco per corpus igitur cui insunt ista mouetur per se et est in loco per se .h. autem non habent ista per se sed per accidens. Deinde cum dicit amplius autem aducit secundam rationem dicens quod amplius autem si aliquid mouetur natura mouetur et violentia et econuerso si mouetur aliquid violentia mouetur et per naturam eodem autem modo se habet et de quiete quia quod quiescit natura. Potest quiescere violentia et econuerso quia illud in quo

aliquid mouet natura & quiescit in. h. natura In quod autem mouet violentia quiescit in hoc violentia quare si competit anime motus natura competit ei motus violentus. sed reddere. i. ostendere quales sunt motus. aie violenti & quales sunt quietes violente neqz volentibus fingere est facile nobis soluti. n. ubi hoc possemus dicere secundum veritatem sed etiam per figmentum velle assignare talia esset difficile. Notandum autem secundum themistium. quod corpus potest moueri violenter non autem anima nisi forte dicatur animam moueri violenter idest per accidens. in quantum moto corpore violenter & per accidens mouetur & anima sed proprius motus anime est per desiderium. & appetitum secundum quem modum non potest intelligi quod mouebatur violenter. Dubitaret forte aliquis quia non videtur verum quod quicquid mouetur natura moueatur violentia nam celum mouetur naturaliter non tamen potest moueri violenter dicendum quod secundum quosdam hec ratio in se considerata est falsa tamen ut est ad propositum est vera nam antiqui phi ut dicunt ponebant animam de natura elementorum nec ponebant aliquod corpus motum nisi elementatum vel quod esset de natura elementi & de tali corpore verum est quod quicquid mouetur natura mouetur & violentia & econuerso. sed. h. videtur falsum quod omnes antiqui opinati sint sic. nam almeon ut supra dicebat posuit animam de natura corporis celestis non ergo omne corpus posuerunt antiqui esse de natura elementi nec quilibet antiquorum posuit animam de natura elementi propter hoc dicendum est aliter sciendum ergo aliquem motum habere quietem oppositam & hoc modo mouentur. hec omnia inferiora tamen animata quam inanimata & si dubium est de aliquibus inferioribus quod aliquando moueantur. & aliquando quiescant forte dubium est de tota terra vel de partibus existentibus circa centrum terre utrum eis possit accidere. motum omnia talia alia vel motu progressiuo. vel motu dilatationis & constrictionis aliquando mouentur aliquando quiescunt. cum ergo aliqui phi loquentes de anima ut plurimum non loquerentur nisi de anima animalium. cum motus factus a tali anima habeat quietem oppositam. h. ratio vi est. contra antiquos. est etiam vera quia quicquid mouetur motu habente quietem. oppositam potest moueri naturaliter & violenter quod autem ratio Aristotelis sit intelligenda de motu habente quietem oppositam ex serie littere potest manifestum esse.

Deinde cum dicit amplius autem siquidem ponit rationem tertiam dicens. quod siquidem aliquid mouebitur sursum erit ignis si vero deorsum erit terra. nam horum corporum sunt hi motus videlicet terre sursum ignis deorsum eadem autem ratio est & de aliis elementis quia quodlibet elementorum tendit ad aliquem determinatum locum. tunc autem formetur sic ratio quodlibet elementorum tendit ad aliquem determinatum locum. sed motus factus ab anima non est ad aliquem determinatum locum sed est ad omnem differentiam positionis. ergo motus factus ab anima non est per naturam alicuius elementi & per consequens. anima non est elementum nec ex elementis ut concedebant antiqui.

Notandum autem quod ali competit duplex motus unus propter grauitatem & hic est deorsum tantum & est per naturam elementi dominantis in corpore animalis alius est ad omnem differentiam positionis & hic motus est ab anima factus per appetitum. Notandum etiam quod semper in quolibet mixto. dominatur aliquod elementum ut probat commentator in primo celi et mundi & secundum dominium illius elementi mouetur mixtum. quicquid ergo mouetur sursum vel est ignis vel dominatur ibi ignis. & quicquid mouetur deorsum vel est terra vel dominatur ibi terra & sic de aliis elementis. si ergo anima esset elementum vel ex elementis. ut ponebant antiqui motus factus ab ipsa esset ad unam differentiam positionis tantum quod videtur falsum esse. Notandum autem quod. h. ratio posset aliter induci ut concluderetur quod si anima moueretur sursum vel deorsum vel moueretur per se ad aliquam differentiam positionis. ut ponebant aliqui antiqui tunc non esset forma sed esset ignis vel terra vel aliquod huiusmodi corpus quod est inconueniens. Deinde cum dicit quoniam autem videtur. ponit quartam rationem dicens quod autem anima videtur mouere corpus rationabile est mouere corpus his motibus quibus mouetur. & ipsa aia si autem. h. & conuertentibus. i. econuerso est verum dicere verum quod secundum quod mouetur. h. corpus mouetur. & ipsa aia corpus autem mouetur secundum loci mutationem quare & anima mutabitur secundum quod mutatur corpus. mouebitur ergo anima translata aut tota aut secundum partes. sed si anima secundum se totam potest mutare locum secundum se totam potest mutare corpus si autem verum est. h. contingit aiam exeuntem. corpus iterum ingredi corpus & ad hoc sequitur mortua corpora vel animalia resurgere. Notandum autem quod corpus animatum aliquando mutat locum secundum se totum ut est cum totaliter deserit locum primum aliquando vero mutat locum secundum partem ut cum non totaliter deserit locum primum quare si anima mouet corpus quia mouetur & ipsa & si eodem modo sicut mouetur & corpus mouetur & ipsa cum corpus aliquando transferatur secundum se totum aliquando secundum partes oportebit dicere quod anima aliquando transferatur secundum se totam aliquando secundum partes huiusmodi. n. illationes licet non sequantur simpliciter sequuntur tamen suppositis positionibus antiquorum. Dubitat autem hic porphirius ut themestius recitat quia non videtur verum esse quod philosophus ait videlicet quod quando aliquid mouet aliud. quia mouetur & ipsum quod eodem modo

moueatur mouens quo mouet mouibile quia sol mouet vapores ⁊ trahit eos motu recto ipse tamen sol non mouet motu recto sed circulari. similiter etiam homines trahunt nauem ipsi tamen homines non trahuntur. ad. h. soluit themestius quod si anima mouet corpus quia mouetur ⁊ ipsa digna est quod moueatur eisdem motibus quibus moaetur ⁊ corpus quia si corpus mutat locum ⁊ anima mutabit locum non est ergo intentio Ar. quod mouens ⁊ motum moueatur. eodem motu numero. uel eodem motu spe. vt quod homines trahentes trahantur ⁊ ipsi sed pro tanto mouetur eodem motu nauis tracta ⁊ homines trahentes quia si nauis tracta mutat locum ⁊ homines trahentes mutabunt locum. ergo si corpus animatum mutabit locum ⁊ anima mutabit locum. tamen quia nunc. h. videtur sufficere. dicamus verba Ar. intelligenda esse de motu immediate facto. sol enim non mouet vapores immediate secundum motum localem sed per prius vapores alterat ⁊ eis incorporat calorem quendam per quem calorem incorporatum vapores trahuntur sursum sed si aliquid moueat aliud localiter ⁊. h. immediate ⁊ non moueat illud nisi moueatur ⁊ ipsum oportet quod simili motu moueatur vtrunque ⁊ si non simili per omne modum tamen quantum ad hoc mouebitur motu simili quod si vnum mutat locum mutabit ⁊ aliud. de motu ergo locali immediate facto verum est quod dicitur quare secundum positionem antiquorum anima mutabit locum ⁊ ibit a corpore in corpus quod est inconueniens. Ulterius forte dubitaret aliquis quia etiam in proposito videtur esse falsum quod dicitur. nam anima mouetur prius secundum desiderium ⁊ apetitum ⁊ ipsa sic mota mouet corpus localiter. ergo verum est quod anima non mouet corpus nisi moueatur. ⁊ ipsa ⁊ tamen falsum est quod eodem modo moueatur ipsa quo mouetur ⁊ corpus quia ipsa mouetur per desiderium ⁊ appetitum corpus vero mouetur secundum locum. dicendum quod ista dubitatio contingit vt innuit themius ex eo quod aliqui nesciunt distinguere inter operationem ⁊ motum. nam operatio est actus perfecti motus autem est actus imperfecti velle ergo ⁊ desiderare ⁊ intelligere ⁊ imaginari ⁊ cetera. talia per que anima potest mouere corpus non proprie dicunt motum sed operationem sed si anima moueretur proprie ut ponebant antiqui modo quo dictum est simili motu moueretur ipsa quo moueret ⁊ corpus. Ulterius forte dubitaret aliquis vtrum si anima mutaret locum contingeret resurrectio mortuorum dicendum quod si anima mutaret locum posset mutare corpus ⁊ si mutaret corpus illud corpus a quo exiret desineret viuere ⁊ inciperet mori illud autem corpus quod intraret si esset inanimatum per introitum anime inciperet esse animatum ⁊ inciperet viuere. hoc ergo modo posset contingere resurrectio mortuorum quia anime exeuntes propria corpora possent intrare corpora mortua et per consequens possent illa facere resurgere. Aduertendum tamen. h. est attendendum secundum themestium quod aliqui posuerunt animam in corpore quasi aquam in vase. aliqui vero superaddiderunt aliquam proportionem inter corpus ⁊ animam quare si non requiritur ibi proportio sed sufficit animam esse in corpore quocunque modo ad hoc quod corpus illud viuat ⁊ sit animatum si anima exiens a corpore proprio intraret corpus mortuum contingeret resurrectio mortuorum. sed si requiritur proportio inter corpus ⁊ animam si exiens anima a corpore proprio intraret corpus mortuum non oporteret quod illud corpus mortuum resurgeret ⁊ inciperet viuere quia non esset ibi proportio inter corpus ⁊ animam. Deinde cum dicit motum autem ponit quintam rationem dicens quod motum autem est aliquid secundum accidens si moueatur ab altero videmus enim quod violentia vnque depellitur al' ⁊ tunc non mouetur ex se. sed non oportet cui competit moueri a seipso in substantia idest essentialiter hec moueri ab alio nisi moueatur secundum accidens immo illud quod mouetur a seipso nullo modo mouetur ab alio sicut neque quidem quod appetitur secundum se bonum est propter seipsum hoc quidem est propter aliud quia si esset appellare propter aliud iam non esset bonum propter se sed esset bonum alterius causa si ergo anima mouetur a se non mouetur ab alio sed mouetur ab alio quia mouetur a sensibilibus ideo sequitur quod si quidem mouetur anima maxime utique dicet aliquis animam moueri a sensibilibus quare cum anima moueatur ab alio ut a sensibilibus non proprie mouebitur a se vt dicebant antiqui. Dubitat autem hic themestius propterea verba platonis dicentis quod anima si mouetur a sensibilibus sed sensibilia occurrunt motibus anime nam anima secundum dicta sua cognoscit res per contactum ex eo quod applicat se rebus non ergo secundum hoc sensibilia mouent animam sed occurrunt anime ex eo quod applicat se eis sed hec positio vt probatur in hoc ⁊ tertio huius est falsa quia anima cognoscit res non ex eo quod applicat se rebus sed quia res imprimunt species suas in anima quas imprimendo aliquo modo mouent animam. Deinde cum dicit at vero ⁊ si mouet ponit vltimam rationem dicens quod si ipsa anima seipsam mouet supple substantialiter ⁊ ipsa vtique mouebitur supple a sua substantia quare quoniam omnis motus sit a distantia eius quod mouetur ab eo secundum quod mouetur anima tunc exibit vel distendit vnque a substantia sua ipsius si mouetur secundum seipsam nisi se moueat secundum accidens sed secundum antiquos motus est ipsius substantie anime per se. Notandum autem vim rationis huius in hoc consistere quia cum motus sit distantia eius quod mouetur secundum quod mouetur sicut quod mouetur localiter distat a loco

in quo erat ⁊ mutat illum locum vel secundũ se totum vel secũdum partes sic si anima mouet secũdum subãm distabit a substantia sua. ⁊ perdet subãm suam vel ergo tota anima vel saltim partes eius desinent esse ⁊ anunent sm suam subãm ⁊ naturam quod est inconueniens

lem formā. vtrum aūt hoc sit in quolȝ compo
sito dubiū est de homīe. in quo vtꝝ sint plures
forme vel nō ad pñs nihil determinare decer
nimus qꝛ exposcit. h. sciam altiorez. cum .n. de
vnitate formaꝝ loquimur semꝑ hominē eē ex
ceptū volumus viso quod ſm gradus forma-
rū secundū rōnem ⁊ intellectū nō ē saluandum
quomodo anima cuiuslibȝ corporis animati ē
corporis actus forma vero elementi ⁊ corpis i
animati est actus materie ¶ Restat videre ō
ordine graduū qui quodāmodo sunt reales sci
endū ergo quod forme seīnuicē ɔtinent vt per
fectior ɔtinet in ꝑfectiorē vt forma elementi ē i
perfectior quā forma mixti et forma mixti inai
mati quā vegetatiui. ⁊ vegetatiū ꝗ̄ sensitiui
⁊ sensitiui quam intellectiui. vegetatiuū ergo
reseruaē in sensitiuo ⁊ sensitiuū in intellectiuo.
sicut tergonū in tergono ut philosophus ait. nā
sicut omnes anguli tergoni reseruanē i tergo-
no ⁊ adhuc plures sic. quicquid pt vegetatiuū
pōt sensitiuū ⁊ adhuc amplius ⁊ quicquid pōt
anima sensitiua brutoꝝ pōt alia intellectiua
hominis ⁊ adhuc vlterius ⁊ sicut suo modo ue
getatiuū reseruaē in sensitiuo ⁊ sensitiuū in in
tellectiuo sic formis elementi quasi īꝑfectior
reseruaē in forma mixti inaīmati ⁊ forma mix
ti inanimati in anima vegetabili. hii enȝ gra
dus nō sunt secundū rōnem tantū vt quod in
tellectus eos faciat sicut facit gradū ⁊ ordinez
inter formā generis ⁊ speciei eo quod vniuersa
liter ad intellectū ɔtineat facere vniuersalita
tē in rebus vt dicit ɔmentator primo huius sȝ
hos gradus ⁊ hunc ordinē formaꝝ ipsa natura
facit ⁊ qꝛ sunt naturales ⁊ reales in diffinitiōi
bus naturalibus sunt ɔsiderandi inde est ergo
quod aliqua substātialis forma dicitur eē actus
materie quia ꝑpter suā imperfectiōem in me
diate se tenet ex pte materie ⁊ nō ꝑsupponit ali
quā aliā realē formaȝ aliqua vero forma dicitur
eē actus corporis ut anima. ɔtinet. n. anima v
tualiter in se formā mixti ⁊ anima vt anima ē
ɔpaē ad id cuius est actus nō tāquā ad materi
am tantū sicut compaē forma elemēti vel for
ma mixti inanimati sed compaē anima ad su
um susceptiuū ꝑpter sui vlteriorem ꝑfectiōez

tāquā ad corpus ⁊ dicitur eē actus corporis. ¶ Di
camus ergo quod loquendo de ipsa anima bru
toꝝ in quibus planū ē eē vnā formā substātia
lem anima illa ɔsiderari poterit dupliciter vl
vt anima est vel vt supplet vicē forme mixti
⁊ inquantū ē anima ē actus corporis ⁊ ꝑsuppo
nit seipsam inquantū supplet vicem forme mix
ti. inquantū vero supplet vicem forme mixti
nō ꝑsupponit aliquid aliud realiter loquēdo ꝑ-
pter quod sic accepta nō dȝ dici actus corporis
sed actus materie sed quomodo hoc stare pos-
sit cum huiusmodi anima nō sit nisi vna res ⁊
vna forma subālis in sequenti questione pate-
bit vbi ꝑ ea que ibi traduntur soluitur quod supi-
us est obiectum. ¶ Vlterius autem dato ani
mam eē actum corporis dubitaē vtꝝ sit actus
corporis phi ⁊ videē quod non quia corpꝰ phi
sicum est corpus quale cum phisicus non ab-
strahat a materia sensibili ⁊ ꝑ ɔsequēs a mate
ria quali si ergo corpus q̄le ingreditur diffinitiō
nē anime cum qualitas sit quoddā accidēs. ac
cidens ingreditur diffinitiōez substātie quod est
inconueniēs. ¶ dicendū quod motus sic ē de cōsi
deratiōe naturalis quod quicquid ipse ɔsiderat
quodāmodo ɔsiderat ꝑ ɔparatiōem ad motū. un
de si naturā vel formā naturalē diffinit dicit
eam eē principiū motus ⁊ status quare si natu
raliter diffiniēdo dicitur aliqua forma eē actus
materie vt forma elementi vel forma mixti in
animati aliqua vero dicitur eē actus corporis oȝ
hanc diuersitatē ex ipso motu originez sumere
ita vt sicut naturalis forma diuersimode ē pri
cipiū motus sic apud naturalem diuersimode
diffinitur. videmus aūt in spera actiuoꝝ ⁊ passi
uoꝝ quantū ad ꝑsens spectat duplicē motum.
vnū determinatū ad vnū terminuȝ vt forma
leuis sursū et forma grauis deorsuȝ. aliū vero
ad omnē differentiā positiōis et ſm hunc mo-
tū mouet anima. in primo ergo motu mobilia
nō mouentur ex se sed ex generante. ¶ Rursus i
huiusmodi motu tanquam rō et pricipiū mo-
uēdi actiue est forma mediāte grauitate. ratio
uero quare mobile moueaē passiue est ipsa ma
teria vt ɔmentator ait quarto phisicoꝝ caº de
vacuo ideo ait quod si fieret motus in vacuo
grauia ⁊ leuia mouerentur in instanti qꝛ i tali mo
tu tota resistentia est ex pte medii. in oibus er-
go vbi forma vel natura est principiuȝ motus
solum ad vnā differentiā pōis talia nō dicun
tur composita ex forma ⁊ corpore sed ex forma ⁊
materia. ⁊ forma in eis non dicitur eē actus cor
poris sed actus materie. dicamus ergo quod
anima vt anima est nō mouet mediante gra-
uitate sed mediante apetitu vel mediante ali
qua alia potentia motiua que motiua potētia
requirit organizatiōem materie i tali ergo mo
tu grauitas nō se tȝ ex pte anime mouētis sed
ex parte principii passiui ⁊ ex parte materie si
cut ē organizatio se tȝ ex pte materie ⁊ qꝛ ma-
teria orgāica ⁊ vt est ɔiūcta grauitati vel aliis
debitis

debitis qualitatibus naturalibus habz rationem corporis et potest dici phisicum corpus. anima ut diffinitur a naturali et ut comparatur ad motum non debet dici actus materie sed actus corporis et non corporis cuiuscumque sed corporis phisici et naturalis quomodo autem sit sic dicendo saluare poterimus quod accidens non cadit in diffinitione substantie in sequenti questione clarius apparebit. Ulterius est quarto dubitandum dato animam esse actum et esse actum corporis et etiam corporis non cuiuscumque sed phisici dubitatur. utrum sit actus corporis organici et videtur quod non quia organizatio est per quantitatem absque quantitate enim et absque distinctione partium organizatio esse non potest quare si corpus organizatum cadit in diffinitione anime quantitas ponitur in diffinitione substantie quod est inconueniens. Dicendum quod licet materia non sit extensa nisi per quantitatem vere tamen est extensa et alia est extensio materie et alia quantitatis quod patet quia si divideretur materia quanta sicut aliud est materia et aliud est quantitas sic alie essent partes materie et alie partes quantitatis et quia huiusmodi partitio est propter extensionem alia est extensio materie et alia extensio quantitatis aduertendum ergo quod licet materia extensionem habeat ab alio materia tamen ut est extensa non dicit aliam rem nec aliam formam nec aliam essentiam quam materia. nam quantitas seipsa extendit materiam quia forma seipsa non mediante aliquo alio medio perficit materiam ergo corpore quod quantitas de se est actu extensa et materia est in potentia ut extendatur materia coniuncta quantitati et coniuncta potentia actui quantitas per seipsam extendit materiam et materia passiue per seipsam extenditur itaque organizatio et extensio materie dupliciter potest accipi vel prout dicit solas partes materie vel prout dicit simul cum partibus materie et partes quantitatis. materia ergo organizata et extensa non ingreditur diffinitionem anime secundum quod includit partes quantitatis quia tunc accidens ingrederetur diffinitionem substantie sed secundum quod dicit solas partes materie quare non accidens sed substantia ingreditur diffinitionem substantie imaginantur enim multi quod cum quantitas extendit materiam et alia est extensio materie et alia est extensio quantitatis quod illa extensio materie differens ab extensione quantitatis sit quedam res differens ab essentia materie ita quod materia et illa extensio sunt due res. sed hii ignorant quomodo forma materiam perficit opinantur enim quod extensio que est quantitas non per seipsam extendat materiam sed extendat ipsam imprimendo ei extensionem aliam pari ergo ratione erit questio de illa alia extensione impressa materie differente tam ab extensione quantitatis quam etiam ab ipsa materia utrum per seipsam extendat materiam vel oportz ad hoc quod materia extendatur quod huic extensioni superaddatur extensio alia aut ergo erit abire in infinitum. aut standum est in primis et est simpliciter concedendum quantitatem per seipsam extendere materiam actiue et ~~materiam coniunctam quantitati per seipsam extendere materiam actiue et~~ materiam coniunctam quantitati per seipsam extendi passiue propter quod quia materia sic passiue extensa est et sic passiue organizata quia non dicit aliquid aliud quam materiam licet dicat quendam modum se habendi quem habz materia ut est sub quantitate si sic accepta materia ingrediatur diffinitionem substantie non accidens sed substantia ingredietur diffinitionem substantie dicamus ergo quod extensio passiua materie non est alia res diuersa a materia licet sit per aliquid aliud scilicet per quantitatem ei inherentem et quod dictum est de quantitate intelligendum est de qualitate et de omnibus aliis inherentibus materie. nam sicut materia per quantitatem extenditur passiue sic et passiue afficitur per grauedinem et disponitur per raritatem et per alia accidentia inherentia sibi. igitur si forma substantialis materiam perficit oportet eam talem materiam perficere quali materie est coniuncta quare si huiusmodi forma coniungitur materie extense per quantitatem affecte per grauedinem et disposite per raritatem et per alia accidentia necesse est eam esse actum materie sic extense sic affecte et sic disposite itaque si materia sit accepta ingrederetur diffinitionem substantie non sequeretur quod accidens ingrederetur diffinitionem substantie sed tantum ex hoc haberetur quod materia cui coniuncta sunt accidentia ingrederetur diffinitionem eius quod non est inconueniens iudicandum. nam si forma materiam perficit accidentibus coniunctam nihil inconueniens si materia coniuncta accidentibus ingreditur diffinitionem forme ut ergo sciamus qualiter in diffinitionibus naturalibus materia intret diffinitionem forme sciendum quod ut supra dicebatur quicquid considerat naturalis sumitur per comparationem ad motum. unde et si naturam diffiniat naturalis hoc est ut est principium motus et per comparationem ad motum propter quod licet accidentia non ingrediantur diffinitionem forme substantialis materia tamen affecta vel disposita per accidentia se tenentia ex parte materie prout forma est motus principium ingreditur diffinitionem forme cum ergo in motu grauium et leuium ipsa grauitas et leuitas et ipsa accidentia se teneant ex parte forme si diffinimus formam grauis vel etiam formam mixti et etiam ipsam animam non ut anima est sed ut supplet vicem forme mixti ipsa materia cadet in diffinitione eius et non dicentis formam sic acceptam esse actum corporis sed esse actum materie sed si diffinimus animam ut anima est quia in motu eius principium est anima secundum quod huiusmodi organizatio et grauitas et multa talia accidentia se teneat ex parte materie congruum est materia disposita per organizationem et affecta per

accidentia illa que in tali motu per se. se tenēt
ex parte materie. ingrediaꝛ diffinitōem aīme
sed cum materia sic organica ꝛ sic affecta dici
possit corpus organizatum ꝛ phisicū. bñ dictū
est quod anima est actus corporis organici phi
sici quod vero obiciꝛ quod si. h. diceremus qua-
litas uel accidentia alia ingrederenꝛ diffinitio
nem substantie patet quod accidens nō ingre
ditur diffinitōem substantie sed materia acci-
dentibus ꝯiuncta potest ingredi diffinitōnem
eius quod quomodo sit est per habita manife-
stum. Ulterius etiam quinto dubitaꝛ vtrū
anima sit actus corporis habentis vitam i po
tentia ꝛ videꝛ quod non quia potentia ꝛ actus
diuiduꝛ ex opposito quare si corpus actu viuit
non est dicendum quod habeat vitam in potē
tia. Respondeo dicendum quod viuere ꝙ
tum ad pñs spectat dupliciter sumi potest.
primo p ipō esse ꝛ sic accipit ipm philosophus
in primo de anima cum ait quod viuere viuē
tibus est esse. secundo potest accipi viuere p ip
sis operibus vite vt p ipō sentire vel p ipō mo
tu secundū locū vel p augumento vel p ipō i
telligere. nam secundū hoc quatuor separamus
viuentia animata ab inanimatis non viuen-
tibus. nam si videmus aliquid augeri vel sen
tire vel moueri ex se vel intelligere dicimus il
lud viuere. hoc ergo modo accipit philosophꝰ
viuere in hoc secundo cum ait quod viuere di-
ciꝛ quatuor modis. diciꝛ enim viuere secundū
ipm intelligere vel ipa opatio intellectus ꝛ eti
am secundū sensum ꝛ secundū motum ꝛ augu
mentū est quoddam viuere. quocūqꝫ ergo mo
do accipiaꝛ viuere semp diciꝛ anima eꝛ actus
corporis potentia vitam habentis. nam licet
corpus cuius actus est aīa actu viuat ꝛ actu
habeat tale esse quale est viuere tamen vt igre
diꝛ diffinitōem anime diciꝛ habere vitam in
potentia. nam cū huiusmodi esse et huiusmo-
di viuere habeat corpus ab anima vt anima ē
si corpus habens actu talem vitam ingrederē
tur diffinitōnē anime tunc anima secundū qđ
huiusmodi esset prior seipa quod est inconueni
ens. hoc ergo modo pbat philosophus supra
anim i esse actuz corporis potentia vitā habē-
tis qꝛ corpus quod ingrediꝛ diffinitōem aīme
non est corpus compositū actu habens vitaz
nec est ipa anima sed est materia ꝛ subiectum
quod secundū quod huiusmodi est in potentia
ad viuere. ergo si accipiaꝛ viuere p ipō esse oñ
sum est quomodo anima est actus corporis po
tentia vitā habentis sed si accipiaꝛ viuere pro
ipō opere vite. tunc non est dubium quod que-
riꝛ nā anima est quo primo ꝛ principaliter opa
mus opa vite sicut ergo hñdo potentiā visiuā
non oportꝫ quod actu videamus sed sumus po
tentia videntes sic corpus habens aīam se-
cundū quod huiusmodi non oportet quod actu
operēꝛ opera vite sed sit potentia viuens idest
possit opari opa vite. corpus ergo cuius actus
est anima ꝛ si non est in potentia ad aīam nec
est abiiciens ipam sed ē actu habens eā ē tñ i
potentia ad viuere idest ad opera vite qꝛ non
oportet quod ip actu opereꝛ ea sed possit opari
illa quod vero dicebaꝛ quod actus et potētia
diuiduntꝛ ex opposito pꝫ quod vt est actu nō est
in potentia loq̄ndo de potentia abiiciente actū
possumus enim saluare corpus esse animatū
actu et habere actu esse quod est viuere et tamē
diciꝛ eē in potentia ad vitā modo quo dictum
est vꝫ vt ingrediꝛ diffinitōem anime.

Uoniam autem ex incertis ꝛcete.
q Postquā philosophus ꝺclatus
est diffinitōem anime in cōmuni
pre ista venaꝛ diffinitōem ppriaꝫ
vniuscuiusqꝫ anime circa quod duo facit qꝛ primo
ꝯtinuat se ad dicenda. secundo exequiꝛ de intē
to ibi. dicamus ergo principium. circa primū
duo facit qꝛ primo pponit quod intendit. secū
do quod dixerat manifestat p simile ibi. nūc āt
sicut dicit ergo quoniā autem aliquid quidem
ex incertis idest aliquid de numero incertorꝫ
sit āt quod certū certius idest p aliquid certius
ꝛ secundū rōnem notius ꝛ qꝛ sic est tentandum
est ꝛ sic aggredi de ipa anima vt habeamus ꝺ
ea rōnem idest diffinitōem certā ꝛ dicentē cāꝫ
non enim diffinitiuā rōnem oportet ostendere
solum qꝛ sicut plures terminorꝫ idest plures ꝺ
numero terminorꝫ siue diffinitionū dicunt sed
ēt opꝫ diffinitōes ostendere ꝛ demonstrare cāꝫ
in eē idest cām quare pprietates ꝛ passiones i
sint. Notandū autem quod secundū philo-
sophum primo posteriorꝫ triplex ē diffinitio q̄
dam enim est demōstratōis ꝯclusio vt si dica
tur quod ira ē accensus sanguinis aliqua vero
est demonstratōis principiū vt. h. ira est ape-
titus doloris in ꝯrio. pōt. n. diffinitio prima cō
cludi p secundam. nam qui hꝫ apetitū doloris
in ꝯtrarium hꝫ accensum sanguinis circa cor. est
aūt diffinitio dans causam que ē demonstratō
nis principiū dicens ppter quid pfectior quaꝫ
diffinitio que est demonstratōis ꝯclusio non di
cens ppter quid sed qꝛ. ē aūt ꝛ tertia diffinitio
complectens vtranqꝫ que est quasi virtualiter
tota demonstratio vult ergo philosophus qđ
cum supra posita sit de anima diffinitio quia
que est imperfecta hic querenda est diffinitio
pfecta ꝛ ppter quid. Notandū autem quod
diffinitōes spāles ꝛ pprie que hic tradenꝛ vꝫ
quod anima ē quo viuiꝛ ꝛ quo sentiꝛ ꝛc. sunt ali
quo modo no notes quo ad naturam qꝛ sp sunt
aliquo mō notiora quo ad naturam quaꝫ ꝯfusa
sunt etiam. h. aliquo modo notiora quo ad nos
qꝛ opa vite magis sunt nobis nota quam ipsa
forma ergo ppter hoc quod anima est principi
um viuendi ꝛ sentiendi quod est aliquo mo-
do certū poterimus ꝯcludere et inuestigare quo
modo anima est corporis actus si. h. sit de incer
tis idest si sit de numero incertorꝫ ꝛ non sit nob
certum

certum ꝛ notū. Dubitaret forte aliquis que diffinitionū anime dicat qꝛ ꝛ que ꝑpter quid.
Dicendū ꝙ ſm quoſdā philoſophus dat duas diffinitões de anima quaꝝ quelꝫ ē cōmu nis differūt nī ꝙ una eſt demonſtratōis princi pium alia uero ē demonſtratōis ꝯcluſio diffini tur āt anima quod eſt actus corporis ꝛ ꝙ ē vi uendi principiū ſed hec diffinitio ꝙ ē actus cor poris ꝯcludiṫ per hanc ꝙ eſt viuendi principiū eſt enim hec prior illa. ſed vt iſti dicunt duplex eſt ꝑus quoad nos ꝛ ſimpliciter quoad nos eſt hec diffinitio quod anima eſt viuendi principi um prior illa quod eſt actus corporis. nam ex hoc cognoſcimus alam eſſe actum corporis qꝛ videmus eam eē viuendi principiū. ſimpliciṫ tamen alia diffinitio eſt prior illa. nam anima nō eſt actus corporis ex eo quod ē viuendi pri cipiū ſed econuerſo. itaqꝫ hec diffinitio ꝙ alma eſt viuendi principium ē cā alterius in inferē do ſed illa eſt cā huius in eſſendo ſecundū hos ergo philoſophus vult quod nō ſufficit querere primā diffinitōem anime que quo ad nos ē d- monſtratōis ꝯcluſio niſi queraṫ ꝛ illa que hoc modo eſt demonſtratōis principiū ſed hoc nō videṫ bene dictū. nam ut diciṫ primo phiſico rū innata ē nobis via ex notioribus nobis ꝛ cer tioribus incertiora ꝛ notiora nature in ſcien tia ergo naturali ꝛ etiā in ſcientia diuina ubi ex effectibus ꝓcedimus ad cās ꝛ ex cōmūibus ad ꝓpria ordine doctrine ꝑponenda ſunt prio ra ꝛ notiora quo ad nos unō philoſophus I me thaphiſt. prius determinauit de ſubſtantia ſē ſibili que eſt nobis notoṙ. quod fecit in ſeptimo quā de ſubſtantiis ſepans de quibus agitur in xi. tranſgreſſus eſt igiṫ philoſophus doctrine ordinem incipiendo non a notioribus quo ad nos. ſed a notioribus ſimpliciter ponendo pri us diffinitōem priorem in eē quā diffinitionē ꝑtiorem quo ad nos ꝓpter quod poſſumus ali ter dicere tenendo cū ꝯmentatore. ſ. ꝙ philo ſophus prius poſuit diffinitōem anime cōmu nem in pte iſta vult inueſtigare diffinitōes ani me ꝓprias et qꝛ nō ſufficit cognoſcere aliquid in cōmuni niſi caṫ ad ꝓpria nō ſufficit aſſignaſ ſe diffinitōem anime iam dictam niſi inueſti geṫ ꝓpria ratio anime diciṫ aūt diffinitio pre dicta cōmunis omni anime eſſe diffinitio quia ſed diffinitio ꝓpria diciṫ eē ꝓpter quid ſic ergo poteſt ꝯtinuari textus quod poſtquā philoſo phus determinauit de diffinitōe cōmuni ani me dicēte qꝛ in parte iſta vult inueſtigare dif finitōem anime ꝓpriā dicentē ꝓpter quid ꝛ aſ ſignantē cām. Ulterius forte dubitaret ali quis quaṙ diffinitio data diciṫ qꝛ diffinitio nō danda que eſt ꝓpria diciṫ ꝓpter quid. Di cendū quod diffinitio ꝓpria ꝑfectior eſt quā cō munis vt ꝯmentator innuit. cum ergo diffini tio ꝓpt er quid ꝑfectior ſit diffinitiōe qꝛ diffini tio cōmunis prius data eo quod imꝑfecta eſt diciṫ eē qꝛ diffinitio aūt danda ꝓpria eo quod ꝑfectior ſit diciṫ eē ꝓp quid poſſumus aūt ali dicere ꝛ melius ꝙ duplex eſt demonſtratio qꝛ vt philoſophus primo poſterioꝝ dicit vna per cām remotā alia ꝑ effectū velle ergo inueſtiga re ꝓprietates ipſius anime ꝑ diffinitōem datā cōem omni anime eſt ire ꝑ cām cōem ꝛ remo tam ꝛ demonſtrare qꝛ ſed ire ꝑ diffinitōnes ꝓ prias ꝛ ꝑ cām ſpālem eſt incedere magis pro pter quid quare ꝯgrue diffinitio prima dicitur eē qꝛ. h. aūt ꝓpter quid. Ulterius forte du bitaret aliquis quomodo diffinitio prius data diciṫ eē demonſtratōis ꝯcluſio danda uero de monſtratōis principiū. Dicendū quod in hac qō ne facit dubium qꝛ in diffinitio prius data ma gis videṫ eē cā diffinitōnū ſequentiū ꝙꝫ econ uerſo ſunt aūt diffinitōes ſequentes quod aīa eſt quo viuiṫ tm̄ ꝛ ſic eſt anima ꝓpria uegetabi libus. Rurſus anima eſt quo viuiṫ ꝛ ſentitur ꝛ ſic eſt anima animaliū imperfectoꝝ amplī us anima eſt quo viuiṫ ꝛ ſentiṫ ꝛ ſit motus ſecū dum locū et ſic eſt animalium perfectoꝝ. quar to anima eſt quo ſunt omnia huiuſmodi et vl terius eſt id quo intelligimus et ſic eſt anima humana. he ergo ſunt ꝓprie diffinitiones aīe prima vero ē cōmunis ſed cum diffinitio ꝓpria magis ſit cā haꝝ diffinitionū ꝙꝫ econuerſo ma gis dꝫ dici illa demonſtratōis principiū ꝙꝫ con cluſio. Sciendū ergo quod ꝑ cām remotam non ꝯuenit demonſtrare affirmatiue ſed nega tiue vt ſi animal eſt remota cā reſpiratōis nō valet hoc ē animal ergo reſpirat ſed negatiue valet vt pies non reſpirat qꝛ non eſt animal et ſi vites ſunt cauſa remota ſibilationis non va let vites. ſunt ergo ſibilatio eſt ſed negatiue vt ſtre non ſibilant qꝛ nō ſunt ibi uites. talis er go cā ſm phūm primo poſterio. nō eſt ꝓprie cā qꝛ in ꝓprie cām negatio infert negatōem ꝛ af firmatio infert affirmatōem ergo ſi tales cau ſe ꝓprie eſſent ſicut valet non animal eſt ergo non reſpirat ſicut ualet animal ē ergo reſpirat quod falſum eſt talis eſt aūt diffinitio cōmunis de anima reſpectu diffinitionū ꝓpriaꝝ. nā nō ualet anima eſt actus corporis organici ergo ē principium uegetandi tantū uel ergo eſt prīci pium uegetandi ꝛ ſentiendi diffinitio. quarto nulla ſpālis ꝯcludi pōt neque per illā diffinitōem cōem ita quod per diffinitōem illā non poteſt ꝯcludi diffinitio ſpālis affirmatiue lꝫ concludi poſſit negatiue. nam bene ualet nō ē actus cor poris organici ergo nō eſt principium vegetā di tm̄ nec eſt principiū vegetandi ꝛ ſentiendi. diffinitio ergo cōmunis nō ꝯcludit aliquā dif finitionū ſpālium ſed econuerſo nā bene ualet principiū eſt anima uegetandi uel etiam ſenti endi ergo eſt actus corporis organici patꝫ ergo diffinitōem prius aſſignatam eē qꝛ eo quod di cat cām remotam ꝛ eē demonſtratōis ꝯcluſio nem qꝛ ꝯcludi hꝫ per diffinitōes alias aſſigna tas ſpāles. pꝫ ēt phūm nō fuiſſe tranſgreſſum ordinē doctrine qꝛ huiuſmodi ordo requirit ut

a cōmunibus ad spālia pcedat. Deinde cū dicit nūc āt sicut quod dixit manifestat p simile dicens quod multe rōnes .i. multe diffinitōnes sunt sicut 9clusiones terminoꝝ .i. sunt 9clusse p terminos alios siue p diffinitōes 9cludū tur eiu multe diffinitiones p terminos siue p diffinitōes alias vt si queratꝰ quid est tetragonismus diffinitio dicens ipm eē ortogoniū eqlaterale equale supficiei altera pte longiori talia aūt terminus idest diffinitio est rō 9clusiōis .i. est 9clusio demonstratōis ꝛ est dicens qꝛ lect diffinitio dicens quod tetragonismus ē iuētio medie rei dicit cām ꝛ ppter quid. Notandum aūt quod si describatꝰ figura ob longa nimis alterā ptem longiorē cuiusmodi est figura a.e. si accipiatꝰ minor linea vt .b.d. ꝛ addatꝰ linee maiori ꝛ 9stituatꝰ linea .a.b.d. ꝛ sup illaz lineam 9stituatꝰ semicirculus ꝛ a pūcto .b. ducatur linea .b.c. vsqꝫ ad circūferentiā semicirculi vt pbatꝰ is sexto geometrie linea .b.c. erit media rei inuentio idest erit medio loco pportōalis inter lineam .a.b. ꝛ .b.d. ita quod sicut se hꝫ linea .a.b. ad .b.c. sic se habebit .b.c. ad .b.d. qꝛ 9stum .a.b. cecidit .b.c. tm̄ .b.c. cecidit .b.d. ꝫ vt in eodem .vi. pbatꝰ. quotienscunqꝫ sūt tres linee pportōales quod fit ex ductu p̄me in tertiam equale est ei quod fit ex ductu medie in seipam quadratū ergo .b.c. quod fit ex ductu .b.c. in seipam que est linea media equale ē figure a.e. que est altera pte longior que fit ex ductu a b. que est linea prima in .b.d. vel in .b.e. que ē equalis sibi que ponebatꝰ linea tertia manifestum ē aūt hoc in numeris vt si accipiantꝰ tres numeri pportōales quod fit ex ductu p̄mi in tertiū equale ē ei quod fit ex ductu secundi i seipm huiusmodi autem numeri sunt octo. quatuor duo. nam sicut octo se habent ad quatuor sic quatuor ad duo. ꝛ tm̄ valet octies duo sicut quater quatuor. vult ergo phūs dicere quod q dicit tetragonismū .i. quadratū eē ortogonium .i. rectāgulū equilaterale .i. habens equalia latera esse equale figure altera pte longiori dicit qꝛ ita ē sed non dicit cām sed dīs quod est media rei inuentio dicit cām ꝛ ppter quid nam ppter hoc quadratū est equale figure altera pte longiori qꝛ 9stituitꝰ ex linea que est media rei inuentio idest medio loco pportōalis ꝛ tunc supplendū ē quod ꝛ sic circa aīam scꝫ. nam dās diffinitōem cōem dat diffinitōem dicentē qꝛ ꝛ que ē demonstratōis 9clusio sed dans diffinitōem spālem ꝛ ppriā dat diffinitōem que modo quo dictū est dicit ppter quid ꝛ ē demōstratōis principiū. Deinde cum dicit dicamus ergo principiuz exequitꝰ de intento circa quod duo facit qꝛ p̄mo distinguit diuersos modos viuendi. secūdo secundū illos modos viuendi docet sumere spāles diffinitōes ꝛ pprias aīe ibi vnde ꝛ vegetabilia dicit ergo dicamus qꝰ accipientes principium intentōis nostre determinari idest distingui ꝛ differre animatū ab inanimato in viuendo ergo sm̄ diuersa opera vite diuersimode notificāda est anima subdit āt quod ipo viuere dicto multipliciter qꝛ dicitur quatuor modis si solum vnū aliquid horum insit dicimus viuere ipm cui inest sunt aūt modi viuendi vt intellectus sensus motus ꝛ status sm̄ locū ad hoc aūt motus sm̄ alimentuz ꝛ decrementū ꝛ augmentū. Notandū aūt quod quadruplex est anima vt supra tangebatur vꝫ vegetatiua que est in plantis sensitiua q̄ est in animalibus pfectis secundum locū motiua. motiua que ē in aīalibus ipfectis ꝛ intellectiua que est in homine .h. aūt quadruplex anima cognoscit hꝫ p quatuor opera vite videlꝫ p opa intellectus sensus motus sm̄ locū ꝛ p nutrimentū augmentū ꝛ decrementū. Notāndum aūt quod in his animabus semp pfectior 9tinet impfectiorē vt sensitiuū 9tinet vegetatiuum secundū locum motiuū 9tinet vegetatiuum ꝛ sensitiuū. nā animalia que seipa mouētlocaliter cuiusmodi sunt aīalia pfecta viuūt ꝛ sentiūt intellectiuū vero 9tinet oīa alia sunt ergo spāles diffinitōes anime vt supra dictuz ē quod anima est quo viuitꝰ quo sentitur quo fit motus secundū locū ꝛ quo intelligitꝰ. Deinde cum dicit vnde ꝛ vegetabilia docet sumere has spāles ꝛ pprias diffinitōnes anime ad cuius euidentiā sciendū quod huiusmodi diffinitōnes anime potissime accipiuntꝰ ppter diuersas potētias ꝛ diuersa opa vite que videmus in rebus animatis. vnde tria facit qꝛ p̄mo docet sumere huiusmodi diffinitōes. 2o declarat quem ordinem he potentie adinuicem habeāt 3o declarat de vnaquaqꝫ haꝝ potentiarū per se vꝫ de vegetatiua sensitiua intellectiua ꝛ sm̄ locum motiua. 2a ibi potentiarum autem anime. tertia ibi necessariam autem ꝛ debētē de his circa p̄mū tria facit qꝛ p̄mo docet sumere has diuersas ꝛ pprias diffinitōes anime datas sm̄ diuersa opera vite vel sm̄ diuersas potentias. 2o comparat huiusmodi potentias ad ipam aīam. tertio ostendit quod ad complendam diffinitionem anime istis diffinitionibus specialibus oportet superaddere diffinitōnem communem vel docet concludere diffinitionem communem per huiusmodi diffinitōnes speciales. secunda ibi verum autem vnumqꝫque eorum. tertia ibi quoniam autem quo viuimus in parte ista p̄ma intendit talem rationem sensitiuum intellectum secundum locū motiuum non separantur a vegetatiuo sed anima est principium vegetandi vel est principium quo viuitur. ergo est principium quo sentitur quo fit motus ꝛ quo intelligitur cum sensitiuum motiuum ꝛ intellectiuum a vegetatiuo non separentur. Nam si vegetatiuum separatur a sensitiuo ꝛ ab aliis ꝛ non econuerso vegetatiuū ē prius aliis ꝛ qꝛ qꝛ ē pricipiū prior ē principium

principiū alioꝝ que sunt postea. aīa que ē principium vegetādi est principiuz oīum alioꝝ vz sentiendi itelligendi ꝛ scđm locum mouendi. in hac aūt ratione sic ꝓcedit quia primo ostendit ꝙ anima est principiū quo viuit. scđo declarat ꝙ aīalia a vegetatiuo seperari nō possunt. tertio ex hoc ꝯcludit aīam esse principiū viuēdi sentiendi ꝛ intelligēdi ꝛ scđm locū mouendi scđa ibi separi aūt. tertia ibi vegetatiuū āt dicimus ꝯnnectur aūt sic dictum est quod quibꝰ inest aliqđ vnū predictoꝝ dicuntur viuere. vñ qꝛ sic est ꝛ vegetabilia oīa vident viuere quia vident in se ipīs hñtia potētiam ꝛ principiuz huiusmodi p quod suscipiūt augumentū ꝛ decrementū ꝛ hoc sm ꝯtrarios locos. nō. n. vegetabilia augent qdem sursum nō autē deorsum. sed similiter in vtroqꝫ suscipiūt augumētum ꝙ sup eē non posset nisi ab anima subdit autem ꝙ penitus quecūqꝫ alunt quousqꝫ in sit nez possunt accipere alimētum viuunt supp principiū ꝙ est aīa. Notandū aūt ꝙ sm cōmentatorē moueri ad oēm dīam pōnis non potest esse ab aliqua natura elemēti sed opꝫ ꝙ sit ab aīa. ergo eo ipō ꝙ vegetabilia augumētātur in oēm ptem ꝛ trahūt alimentū sm cōtrarios locos. vt sursum deorsum similiter vtrobiqꝫ. oꝫ. h. esse per principiū huiusmodi ꝙ est anima ꝛ per aliquā potētiā aīe. ex qbus oībus vult habere phūs ꝙ aīa est principiuz quo viuitur. Deinde cum dicit seperari aūt ostendit ꝙ alia nō separantur a vegetatiuo sed ipsuz pōt separi ab aliis. circa ꝙ duo facit qꝛ primo facit ꝙ dictum est. scđo ostendit simile esse de sensu tactus respectu aliorꝫ sensuuz sicut de vegetatiuo respectu sensitiui ꝛ itellectui ꝛ sm locum motiui. nam sicut sensus tactus potest seperari ab aliis sensibus ꝛ nō ecōuerso: sic vegetatiuuz in mortalibus pōt sepetari ab aliis et nō ecōuerso. scđa ibi animal aūt dicit ergo ꝙ sepetari aūt est possibile. h. s. vegetatiuū ab aliis alia aūt in mortalibus īpossibile ē sepetari ab. h idest a uegetatiuo ꝙ aūt vegetatiuū possit seperari ab aliis. manifestū est aūt in hiis que vegetantur. i. in uegetabilibꝰ ꝛ plantis in ipis eniz neqꝫ vna alia potentia anime inest pter vegetatiuū sed ipsm qdem igitur viuere inest oībꝰ viuentibus ꝓpter. h. principiū. s. ꝓpter animā vegetatiuā. nam aīa uegetatiua ē principium quo viuit. Notandū aūt ꝙ aīt i rebus mortalibus nō sepetari aīia a vegetatiuo ꝑfuādo se a corporibus supcelestibus que ꝫ sint aīata nō habent tamen de potentiis anime nisi itellectiuum ꝛ desideratiuum. non autem habēt vegetatiuaz ꝛ sensitiuam vt vult ꝯmentator in. xii. meth. super illo capitulo monet autem intelligentie enī motrices orbium ꝛ si habent virtutem intellectiuam ꝛ desideratiuam. nō autem habent potentiaz sensitiuam ꝛ uegetatiuaz. Notandum ꝙ si in omnibus mortalibus vegetatiuum non seperatur ab aliis. oꝫ in omnibus talibus viuentibus esse animam vegetatiuā ꝛ per ꝯsequens in omnibus huiusmodi anima est principium viuendi. Deinde cū dicit animal aūt ostendit similiter esse de tactu respectu aliorum sensuum sicut de vegetatiuo respectu alioꝝ. circa ꝙ duo facit quia primo aīt ꝙ animal est animal ꝓpter tactum. scđo ostendit sensuz tactus posse separi ab aliis ꝛ nō ecōuerso. ibi sensitiuum aūt dicit ergo qđ animal aūt est animal ꝓpter sensum primū. s. pp tactum ꝛ nāqꝫ que nō mouēt neqꝫ sunt mutantia sm locum hñtia aūt sensum tactus animalia esse dicimus ꝛ nō viuere. solū subdit aūt ꝙ multa de numero aīalium videt esse huiusmodi eū sint manētia. natura. i. naturaliter solum hñt hunc sensuz. s. tactus. Notāū autē ꝙ aīal dr esse aīal ꝓpter tactum qꝛ sufficit ad h. ꝙ sit animal ꝙ habeat sensuz tactꝰ hñtia. n. hūc solū sensum nō dicunt esse uiuentia tantū sꝫ dicunt aīalia. Deinde cuz dicit sensitiuum aūt ostendit sensum tactus seperari ab aliis dicens ꝙ d nūero sensuuz ille sensus qui primo inest oībus animalibꝰ ē tactus qꝛ sicut vegetatiū pōt seperari a tactu ꝛ ab oī sensu sic ꝛ tactus ab aliis sensibus separi pōt simile ē. n. de vegetatiuo respectu oīum alioꝝ ꝛ de tactu respectu oīum sensuum. Notaū aūt sic esse recolligēda verba phī ꝙ sicut vegetatiuū reseruat in omībꝰ aliis ꝛ alia non possunt seperari ab ipō sicut sensus tactus reseruatur in omni animali ꝛ alii sensus non possunt separi ab eo. oꝫ ꝙ sicut aīa que ē pᷓlm tāgēdi ē pᷓlm sentiēdi sꝫ oēs alios sensus sic etiam oportet ꝙ anima sicut est principiuz viuendi sic sit principiū omniuz aliorum vt sit principiū sentiendi itelligendi ꝛ sm locum mouendi. Deinde cum dicit vegetatiuum aūt concludit ex dictis animam esse principium omnium istorum dicens ꝙ uegetatiuum autē dicimus partem potentialem siue potentiaz huiusmodi anime qua uegetatiua participāt ꝛ sup potentiam tactiuam esse dicimus p quā omnia animalia uidentur esse habentia tangēdi sensum. sed ꝓpter q̄ cām vtriqꝫ horum accidit quod potentia vegetatiua inest omnibus viuentibus ꝛ pōt separi ab aliis ꝛ nō ecōuerso ꝛ potentia tactiua inest oībus animalibꝰ ꝛ potest separi ab aliis sensibus ꝛ nō ecōuerso qꝛ. s. h. ꝯtingat dicemꝰ posteriꝰ circa finē tercii huiꝰ. nūc āt solū in tm̄ dictū sit ꝙ aīa ē principiū oīum hoꝝ q̄ dicta sunt ꝛ ē principiū vegetādi sentiēdi ꝛ itelligēdi ꝛ sm locū mouēdi et huiusmōi aīa ē determinata. i. distincta hiis. i. in rebus aīatis vegetatiuo sensitiuo itellectiuo ꝛ motiuo sꝫ locū. Notaū aūt ꝙ aīt aīam i rebꝰ aīatis eē distinctā p. h. iiij. qꝛ aīata repiunt i quadrupli gradu vt superius diffusius diximus

Trum aūt vnūqđqꝫ ꝛc. Postq̄ phūs dicit aīaz distingui p has potētias vz p vegetatiuū sensitiuū itellectiuū ꝛ sꝫ locū

motiuū. ⁊ ostendit causa ē principiū viuendi sentiēdi itelligendi ⁊ scōm locum mouendi nūc in parte ista iquirit quomō potēne he ꝯparantur ad animā circa ꝙ duo facit. qꝛ primo circa. h. mouet qōnes quasdam. scđo exequit̄ de qōnibus illis. ibi de qbusdam aūt hoꝝ. dicit ergo ꝙ queri potest vtꝝ aūt vnūquodqꝫ h ꝝ. i. vna quaqꝫ haꝝ potentiaꝝ est anima aut est pars potentialis aīe ⁊ si est pars. vtrum sic sit pars vt vna haꝝ potentiaꝝ sit seperabilis ab alia ratione solam. i. diffōne aut sit seperabilis loco idest sbo. Notandū autem ꝙ ꝓprietates ⁊ accidentia quedaut sunt distincta abinuicem rōne ⁊ diffōne ⁊ eēntialiter nō tamē subiecto et loco vt si in eodem ponto ⁊ in eadē parte. ⁊ in eodeꝫ loco vel sbo essent color ⁊ sapor ad. h. ista duo differunt eēntialiter sed non differunt sbo ⁊ loco. Deinde cum dicit de quibusdaꝫ autē exequitur de qōnibus predictis. Ad cuius euidētiam sciēdum quod soluta qōne secunda soluitur prima. nam si bene sciuerimus quomō distinguunt̄ ⁊ quomō separant̄ abinuiceꝫ vegetatiuuꝫ sensitiuū ⁊ cetera talia apparebit vtruꝫ quodlibꝫ coꝝ sit anima vel pars aīe. nā cum in eodē nō contingat simul esse plures animas nisi ubi plura de istis simul sunt non erit quodlibꝫ coꝝ anima. sed pars anime. tota ergo difficultas est quō huiusmōi partes potentiales anime sint simul ⁊ quomō distinguunt̄. duo ergo facit quia primo ostēdit quō sunt simul. scđo quō distinguuntur ibi rōne aūt ꝙ altere. circa primuꝫ duo facit qꝛ primo ꝯtinuat se ad dicēda. scđo exequit̄ de itento ibi sicut. n. in plātis dicit ergo ꝙ de qbusdam autē hoꝝ. i. haruꝫ potentiaꝝ nō est difficile videre quō sunt simul ⁊ quō distinguunt̄ q̄dam aūt dubitationē habent nā in vegetabilibus ⁊ sensibilibꝰ eo ꝙ talia magis nobis sunt nota nō ē difficile videre quō talia se habēt sed dubium ē de rōne ⁊ intellectu.

Deinde cum dicit sicut. n. in plantis exequit̄ de itento. circa ꝙ tria facit qꝛ primo ostendit facile esse hoc videre in vegetabilibꝰ ⁊ plātis scđo declarat. h. ēt esse facile in sensibilibꝰ vel in aīalibus. tertio aūt difficultatē hr̄e circa itellectum ⁊ ꝓspectiuā potētiaꝫ. secūda ibi sic videmus. tertia ibi de itellectu aūt dicit ergo facile esse. h. videre in aliquibꝰ sicut apparet in plantis ⁊ in vegetabilibꝰ. quedam. n. vegetabilia diuisa ⁊ seperata abinuicē vident̄ ⁊ viuētia esse tāqꝫ exn̄te in his vna qdem aīa actu. in vtraqꝫ planta. i. in vtraqꝫ parte plantaꝝ pluribus aūt in potētia. Notandū aūt potentias anime vegetatiue ē augumētatiuū nutritiuū ⁊ generatiuū qr̄ si planta diuisa in qualibꝫ pte eius. h. oīa reseruari possunt pꝫ huiusmōi potentias in plantis non ē diuisas loco ⁊ sbo ita ꝙ in vna pte plāte sit nutritiuū tātuꝫ in alia vo augumentatiuū. ymo ps qūlbꝫ nutrit̄ ⁊ augumētatur. Notādum ꝙ cū aīa plante extendat̄ scōm extensionē eius qꝛ forma mālis extēditur extēsione mē quādiu planta est ꝯtiꝰ tādiu ē vna aīa in tota planta sed diuisa plāta ptes plantaꝝ possunt iterum radicari i terra ⁊ viuere. et in qualibꝫ eaꝝ reseruabit̄ anima qr̄ aīa i plāta ē vna in actu. sed sunt multe in potētia qꝛ per diuisionē philosophicari possunt. Deinde cū dicit sicut videmus ostēdit hoc esse facile videre in sensibilibus. dicens ꝙ sic videmus accidere. ⁊ circa alias dr̄ās aīe vt in ēthomis ꝺ cisis. i. vt in aīalibꝰ que decisa viuūt cuiusmōi sunt aīalia anulosa ⁊. n. in talibus vtraqꝫ partiuꝫ decisaꝝ hꝫ sensuꝫ ⁊ motū scōm locū si autē sensum habēt ⁊ fantasiā et habent appetitum qꝛ vbi ē sensus ibi est tristitia. i. dolor et leticia vbi a sit h. sunt ex necessitate ⁊ desideriū est. s. appetitus ergo sicut i plantis potentie vegetabiles nō sunt diuise loco ⁊ sbo sic ⁊ in aīalibus sensitiuū extimatiuū appetitiuū ⁊ scōm locum motiuū nō sunt diuisa loco ⁊ sbo qꝛ deciso aīali in qualibꝫ parte eiꝰ. hec oīa reseruari possunt.

Dubitaret forte aliquis vtꝝ hoc sit veruꝫ ꝙ deciso aīali in qualibꝫ parte eiꝰ reseruari possit vel extimatio fantasia. ⁊ vr̄ ꝙ nō qꝛ huiusmodi virtutes vt ait ꝯmentator superius. tertiuꝫ huius habēt esse in capite qr̄ determināt sibi spāle organū. nō ergo reseruant̄ in qualibꝫ parte corporis. Dōm vt ait ꝯmentator duplex est fantasia. q̄dam determinata ⁊ perfecta ⁊ quedā quasi ideterminata ⁊ iperfecta. determinata aūt et pfecta dicit̄ illa quando absentibus sensibilibus pñt adesse fanta. ⁊ ymaginationes. vn̄ ꝯmentator ait ꝙ in eis que sunt pfecta ueniunt̄ talia in absentia sensatoꝝ quedaꝫ autem est ymaginatio ⁊ fanta. iperfecta ut illa que semper est coniuncta sensui ⁊ nihil ymaginatur nisi sit aliquid actu mouens sensum. prima ymaginatio propter sui perfectioneꝫ determinat sibi speciale organum. secunda vero sequitur omneꝫ partem sensibilem ⁊ habet esse in quacūqꝫ parte sit sensus. nam cum partes sensibiles doleant si coniungantur alicui pungitiuo vel alicui disconuenienti ⁊ delectentur si coniungantur conuenienti oportet secundum hunc motum factum a sensu animal ymaginari fugam cum dolet ad presentiaꝫ sensibilis tristabilis vel ymaginari prosecutionem cum delectat̄ ad presentiam sensibil' ⁊ p. h. pꝫ solō ad obiectum quia aliqua fanta. determinat sibi organum aliqua vero non. Ulterius forte dubitaret aliquis qꝛ videtur velle ꝙ secundum locum motiuuꝫ non seperatur a sensitiuo contrarium autem huius ostendebatur supra dicebatur enim ꝙ animalibus imperfectis sensitiuis inerat sensitiuum quibus nō inerat secūdum locum motiuuꝫ. Dīcitur ꝙ duplex est motus scōm locū vnus ꝓgressiuus ⁊ hic non ꝯpetit aīalibus oībus alius vo dilatatōis ⁊ cōstrictiōis ⁊ hic ꝯpetit aīalibꝰ oībꝫ tūc qꝫ ipfecta nā aīalia ex quo sentiūt cū pūgunt̄ ⁊ sentiunt. tristabile retrahūt se. et mouentur motu ꝯstri-

etionis cū vero sentiunt delectabile ampliant
se et mouentur motu dilatatiōis.h.ergo.iiij.
sunt inseparabilia loco et subō.videlicet sensus
ymaginatio iperfecta appetitus ⁊ motus scdꝫ
locū.naꝫ animalia statim cū sentiunt dolorem
vel delectationē ymaginanē ⁊ appetunt fuge
re dolorē et pleqni delectationē et p ꝓsequens
mouenē aliquo motu ad ꝓsequendū delecta
bile et fugiēdū nociuū. Deinde cū dicit de in
tellectu aūt aie dubium ē de itellectu quomō
se habeat ad potētias alias.dicit ergo ꝙ de i
tellectu ⁊ ꝓspectiua potētia nihil est plene ad
huc manifestū quō se habeat ad potentias ali
as sed videē.h.esse alterꝫ genus potentiarum
⁊.h.solū genus potētiaꝫ siue hec sola potentia
videē ꝯtingere separi ab aliis.i.a vegetatiuo
⁊ sensitiuo sicut ꝑpetuꝫ a corruptibili relique
aūt partes potētiales aīe manifestū est ex his
que dicta sunt ꝙ nō sunt sic sepabiles sicut di
cunt qdam.i.sicut dixerunt plonici.plato eni
volebat quod ꝯcupiscibilis esset in corde irrascibilis
in epate.sꝫ vt patet ex dictis appetitiuū ⁊ cō
cupiscibilis.sequiē oēm ptem sensibilē ⁊ nō ep
tantū.qꝛ vbicūqꝫ est sensus ibi ē fantaᵃ.⁊ appe
titus. Notaū aūt ꝙ itellectus ē alterꝫ genꝰ
potentiaꝫ aīe.qꝛ est potētia nō organica ꝓpter
ꝙ sola ipa est sepata accipiēdo seperationē pro
ut aliquid nō est organo affixū ⁊ ꝯiunctum.ce
tere aūt potētie sensibiles.qꝛ sunt ꝑfectiores or
ganorum nō sunt seperabiles vt opinabaē pla
to.nec ēt sunt sic seperabiles ꝙ possint esse absqꝫ
organo corporali. Deinde cum dicit ratiōe
aūt ꝙ aliete ostendit quomodo he potentie sē
distincte.circa ꝙ duo facit qꝛ primo ostendit
quomodo sunt distincte ratione. scdo quomō
distinguiē subō ⁊ loco ibi ꝙ aūt qbusdaꝫ.dicit
ergo ꝙ ratione autē he potentie sint altere et
distincte manifestū est.nam sensitiuo ⁊ opina
tiuo est alterum esse.i.altera diffinitio ⁊ altera
ratio siquidem sentire sit alterꝫ ab ipso opina
ri similiter ⁊ vnūquodqꝫ alioꝫ que dicta sunt
idest vnaqueqꝫ aliaꝫ potentiaꝫ de quibus di
ximus differt ab alia supp.si actᵘ eius differt
ab actu alterius. Notandū aūt ꝙ potentie
distinguiē per actus sicut actus per obā quare
si sentire ⁊ opinari ⁊ alii actus aliaꝫ potentia
ruꝫ differunt abinuicē oꝫ sensitiuū ⁊ opiatiuū
⁊ potentias alias abinuicē differre. Notaū
ēt ꝙ he potentie qꝫuīcūqꝫ fundenē in eodē orga
no ⁊ in eodē sbo differunt tamē eētialiter ⁊ for
maliter cū ergo ratio ⁊ diffinitio sumaē a for
ma nō dicuntur he potentie loco ⁊ sbo distin
gui sed diffōne ⁊ ratione. Deinde cum di
cit quod autem quibusdam ostendit quomodo
he potentie differunt sbo ⁊ loco.dicens ꝙ aūt
quibusdam animalium insunt omnia h.i.oēs
huiusmodi potētie quibusdā vō insunt quedaꝫ
horum.i.alique haꝫ potentiaꝫ alteris autem
inest vnū solūꝫ ⁊ subdit ꝙ.h.est qd facit dr̄iam
aīalium ⁊ ēt supplēdūꝫ est ꝙ.h.est ꝙ facit dif

ferentiā inter omnia aīata et inter huiusmodi
potētias.nā scdm ꝙ aliqua animatoꝫ vel ali
qua animaliū hn̄t plures vel pauciores de hu
iusmodi potentiis sic sunt magis vel minus
ꝑfecta sed ꝓpter quā cām hoc sit ꝑfectuꝫ ꝙ he
potentie sic distinguiē ⁊ loco et subo qꝛ alique
reperiuntur in vno sbo et in vno animato q̄ nō
reperiuntur in alio posterius ē intēdendūꝫ.quia
circa finem libri huius diceē:addit autē ꝙ id
quod accidit circa oēs huiusmodi potētias si
militer autem accidit et circa sensus qꝛ alia qdē
animalia hn̄t oēs sensus. alia vō hn̄t quosdaꝫ
idest aliquos sed q̄dam aīalia hn̄t vnum solū
maxime necessariū vt tactū. Notādum ēt
ꝙ hēe plures vel pauciores d potētiis assigna
tis facit differentiā in ipsis animalibꝰ ⁊ viꝫ in
oībus animatis ⁊ etiā in ipsis potentiis. nā se
cundū ꝙ aliqua aīalium vel aliqua animatoꝫ
hn̄t plures vel pauciores d illis potentiis.sic
sunt magis vel minꝰ perfectā vnde plāta que
hꝫ vnuꝫ solū.vt vegetatiuū iperfectior est oī
bus. Rursus hoc facit differētiā in ipsis potē
tiis.qꝛ si alique potentiaꝫ reperiunē in aliquo
animato ⁊ alique in alio ꝯtingit potētias illas
differre nō solum ratione ⁊ diffone sed etiam
loco ⁊ sbo. Dubitaret forte aliquis vtrum
potentie anime differant ratione solum vel ēt
loco et subiecto. Dicendum ꝙ harum po
tentiarꝫ quedam sunt particulares vt visus
auditus gustus ⁊ odoratus.quedam vero sunt
quasi vniuersales diffuse per totum corpus vt
vegetatiuū tactiuum ymaginatiuū appetitiuū
⁊ secūdum locū motiuū.si ergo sit questio non
de potentiis diffusis ꝑ totum corpus sed de d
terminātibus sibi speciale organū planum est
tales potentias non solum differre ratione sꝫ
etiam loco ⁊ sbo vt visus sic est in oculo ꝙ non
in lingua ⁊ gustus sic in lingua ꝙ non in oculo
sed si loquamur de potentiis diffusis per totū
corpus.sic dicunt quidam ꝙ in diuersis distin
guntur loco ⁊ sbo sed nō in eodem ut vegetati
uuꝫ distinguiē a sensitiuo in diuersis eo ꝙ sen
sitiuum repeiē in animali vegetatiuꝫ vero
reperitur in planta in qua nō reperitur aliqs
sensus. dicere tamen possumus ꝙ que distingū
tur in diuersis animatis loco ⁊ subiecto distin
guntur etiam in eodem animali nam sicut ve
getatiuuꝫ ⁊ augmentatiuuꝫ reperiuntur i plā
ta in qua nō reperitur sensus sic in eodem ani
mali reperiuntur alique partes que viuunt et
augmentanē.⁊ tamen nō sentiunt vt ossa et
aliqui neruī.⁊ etiam caro ipa nō est illud ī quo
tanquam in subiecto fundatur sensus tactus
sed est medium in tali sensu.vt infra dicetur.
organum vero tactus est quidam neruus dif
fusus per totum corpus habens in se multos
ramusculos. vt ergo sit ad vnum dicere que
cunqꝫ potentie distinguuntur loco ⁊ subiecto.
in diuersis animatis distinguntur etiam in
eodem. Nam sicut reperitur animal quod nō

videt nec audit sentit tñ scđm sensum tactus ita reperit aliqua pars corporis in qua reseruatur sensus tactus vbi nec reseruat auditus nec visus ⁊ sicut plante viuūt ⁊ nō sentiunt sic in eodem animali quantūcūqꝫ perfecto inuenitur aliqua pars corporis que nutritur et augmentatur ⁊ tamē non sentit semper. n. ⁊ in eodem ⁊ in diuersis priora separant a posterioribus nō ⁊ econuerso. vt sicut in diuersis animatis reperitur vita sine sensu. nō sensus sine vita sic in eodē animali repiuntur partes que viuūt ⁊ nō sentiunt nulle tamen partes sunt que sentiant ⁊ nō viuant. scđm. h. ergo differentia harum potentiaꝝ prout accipienda est ratione. solum vel etiam loco ⁊ subō inuestigari poterit per iam dicta.

q Uoniam autē quo viuimus ⁊c. Postq̄ phūs docuit sumere ppriam diffōnem vniuscuiusqꝫ anime scđm diuersa opera vite ⁊ secūduz diuersas potētias ⁊ ꝯparauit ipsas potentias ad ipsam aīam. i parte ista vult ostendere ꝙ ad pfectam diffōnem anime. oꝫ ꝙ diffōni spāli sit peraddat pdicta diffinitio cōmunis. Ad cuius euidētiam sciendū ꝙ ut supra tangebatur diffōnes spāles dande de aīa sunt. iiij. secūduz iiij. gradus animatoꝝ vt anima est quo viuit q̄tum ad plantas quo sentitur q̄tum ad aīalia iperfecta. quo fit motus scđm locum q̄tuz ad pfecta. ⁊ quarta diffinitio spālis ē ꝙ anima ē quo. primo itelligitur q̄tum ad aīam humanaꝫ. sed cū anima sit forma corporis. opꝫ in diffinitione eius facere mētionez de corpore. diffinitio ergo illa corporis. s. ꝙ aīa est actus corporis que spālem mentionem facit de corpore addenda est istis diffōnibus spālibus vt ꝯpleti⁹ habeat diffinitio aīe. Diffinienda est ergo sic aīa ꝙ est actus corporis quo primo viuit vl̄ ē actus corporis quo primo sentit. ⁊ sic cuilibet diffinitioni spāli supaddenda est illa diffinitio cōis. phūs ergo in ostēdendo ꝙ i determinādo de aīa oꝫ spālem mētionem facere de corpe ⁊ in ostēdendo ꝙ diffōnibus spālibus supaddenda ē diffinitio cōis que facit spālem mētionez de corpore. tria facit ꝙ primo pbat animā eē actū ⁊ formā corporis. scđo ex hoc ostēdit ꝙ in determinādo de aīa oꝫ spālem mētionē facere de corpore. tertio ex his q̄ dixerat ꝯcludit qualiter diffinienda sit anima. scđa ibi ⁊ propter h. bene. tertia ibi ꝙ qdem igitur. circa primuz duo facit scđm ꝙ dupliciter pbat itentuz. scđa ibi tripliciter. n. dicta iprobādo aūt aīam esse formā itendit talem rōnem viuimus sentim⁹ ⁊ sanamur ⁊ vniuersaliter oēm actōm facim⁹ principaliter per formā ex ꝯsequenti p māz. sꝫ aīa ē quo primo viuim⁹ ⁊ sentimus ⁊ alias actiones facimus. ergo aīa ē forma ⁊ nō materia In hac aūt rōe sic pcedit. qꝛ primo ponit maiorem. scđo minorē. tertio ꝯclusionē. scđa ibi aīa aūt. h. tertia ibi quare rō q̄dam ponit ergo primo maiorē videlꝫ ꝙ agere pricipalr̄ ē a forma ⁊ ex ꝯñi a materia. dicēs ꝙ quoniā quo viuimus ⁊ quo sentimus. dr̄ dupliciter sicut ⁊ quo scimus. dicimus aūt. h. p ꝙ scimus esse quidē sciam illud autē esse aīam vtroqꝫ. n. hoꝝ tam scia quā aīa dicimur scire. similiter aūc ⁊ quo sanamur ē dupliciter qꝛ aliud quidē ē sanitas aliud aūt est quo dicimur sanari tanq̄ꝫ pte quadaz corporis aut tāq̄ꝫ ⁊ toto corpore hoꝝ autez qbus sanamur ⁊ scimus sciētia qdem ⁊ sanitas se hꝫ sicut forma ⁊ spēs q̄daz ⁊ sicut rō ⁊ vt act⁹ susceptiuoꝝ a quibus sup. primo ⁊ principalr̄ egreditur agere ⁊ subdit quō scientia ⁊ sanitas sunt actus ⁊ forma susceptiuoꝝ. dicens ꝙ hec qdem. s. scientia ē actus ⁊ forma. scientifici idest aīe sciētifice illa vero. s. sanitas est actus ⁊ forma corporis sanabilis. ex. h. aūt vult habere ꝙ oꝫ ad ipm agere ut ad ipm scire vel ad ipꝫ viuere aliquid cooperari sbm. nam vt subdit in patiente. n. ⁊ disposito vident actōꝝ inesse actus. nam semper ppria forma reqrit ppriaꝫ ⁊ dispositā materiā. Dubitaret forte aliqs quō agere a forma ⁊ a sbō sed principaliter a forma vt scire et ꝯsiderare p sciam est a scia et ab anima sed principaliter a scia et actus sanatōis ē a sanitate que est forma corporis et etiam ab ipo corpore. sed principalius est a sanitate. Dicendum ꝙ omne ꝙ agit. agit vt est in actu ⁊ quia principaliter actus dicitur de forma io agere principaliter est a forma. materia autē si est in actu hoc ē inquantuꝫ est ꝯiuncta forme quare si mā ē rō agendi. h. est ex ꝯñi inq̄tum est in actu per formā ꝙ aūt ipsa materia sit aliquo mō ratio agendi patet quia eo ipso ꝙ act⁹ actiuoꝝ sunt in patibilitate ⁊ disposito ⁊ eo ipso ꝙ ppria forma nō habet esse nisi i propria materia sicut materia ppria requirit vt sit sub ppria forma sic oꝫ ipam materiaꝫ saltez ex ꝯñi esse rōnem ⁊ cām ⁊ omnis actus ⁊ omnis actionis que egreditur a forma. ideo phūs l volēdo ostendere ꝙ agere principaliter erat a forma dixit ꝙ forma erat actus. ⁊ ratio susceptiui volendo autem probare quod ad ipsuꝫ agere aliquid faciebat materia ⁊ subiectum. dixit quod actus actiuorum sunt in patibilitate et disposito vel quod idem est. oportet propriam formam inesse proprie materie. Deinde cū dicit anima autem posita maiori videlicet ꝙ agere principaliter et primo est a forma ponit minorem ⁊ infert conclusionem. dicens quod anima autēꝫ ē. h. quo primum ⁊ principaliter viuimus sentimus mouemur. ⁊ intelligimus quare erit vtiqꝫ ipsa anima sicut quedam ratio ⁊ species et non vt materia et subiectum

Notandum autem quod anima est quo. primo viuimus sentim⁹ ⁊ intelligimus et mouentur quia viuere prout nominat opera vite et ēt opera sensitiua et alia q̄cūqꝫ opa opatur

anima mediantib' aliq̄bus potentiis ita q̄ aīa respectu illoꝝ operuꝫ se hꝫ sicut principiū principale. ⁊ p̄mū potētie vero sicut principium īmediatū ⁊ p̄xim̄. Deinde cū dicit tripliciter .n. dicta sbā adducit scdam rōnem q̄ anima sit actus ⁊ forma. dicens q̄ sicut .n. diximus triplex est dicta sub̄a quarum. h. quidem est species illud vero materia aliud aūt est ex utrisqꝫ ꝯpositum horū aūt trium materia est quidē potentia spēs aūt est actus postea ex vtrisqꝫ est ip̄m aīatum. ergo materia ⁊ corpus sunt ꝑtes animati. oꝫ ergo alteruꝫ hoꝝ esse formā ⁊ actū alterius. sed corpus nō est actus aīe. sed oꝫ q̄ ip̄a alīa sit actus ipsius corporis anima ergo erit actus ⁊ forma. Notandū aūt q̄ nūquā ex duobꝫ fit vere vnum nisi vnuꝫ illoꝝ se habeat vt actus. aliud vero vt potentia q̄ aūt ex anima ⁊ corpore fit aīatum. opꝫ vnum esse actum respectu alterius. sed corpus nō est act' anime erit ergo anima actus eius. Deinde cum dicit ⁊ ꝓpter. h. bene ostenso animā esse actū ⁊ formā corporis ait ex. h. q̄ in determinando de anima oportet spālem mentionē facere de corpore ⁊ tunc concludendum est quod diffinitioni spāli superaddenda est diffinitio cōmunis que spēalem mentionē facit de corpore. dicit ergo ⁊ propter. h. supp̄ q̄ anima est actus ⁊ forma corporis bene opinant̄ quib' vr̄ neqꝫ aīam esse sine corpore. neqꝫ esse aliqđ corpus. corpus q̄dem enim nō est anima ē tamē anima aliquid corporis q̄r ē forma ⁊ actus ei' ⁊ propter hoc anima est in corpore ⁊ in corpore huiusmodi scilicet apto ⁊ disposito ⁊ ideo nō est adaptanda quecūqꝫ anima ad quodcūqꝫ corpus sicut q̄dam priores idest q̄dam antiquoꝝ adaptabāt ipsam animā ad quodcūqꝫ corpus nihil tamen diffinientes in quo ⁊ quali corpore oportet eē animā ⁊ vere reprehēsibiles erāt cum nō videat̄ anima accipere indifferenter quodlibꝫ corpus ꝯtingens sic autem fit ⁊ scđm rōnem si ꝓprium corpus adaptet̄ ꝓprie anienā actus vniuscuiusqꝫ in potentia existentia in materia disposita ⁊ propria aptus natus est fieri. Notandū autem q̄ forma vt forma ē semper ē in materia q̄ si ꝯtingat aīam separari a corpore quamdiu manet seperata non est forma materie quia non īformat ipsam māꝫ.

Notandum ēt q̄ antiqui determinātes de anima ⁊ nihil diffinientes de susceptibili fuerunt pytagorici q̄ fabulose loquētes dicebant quālibet animam ingredi quodlibet corpus.

Deinde cum dicit̄ q̄ quidem igitur ꝯcludit ex dictis qualiter diffinienda sit anima dicens q̄ quidem igitur anima est actus quidā ⁊ ratio potentia vitam habentis ⁊ eam esse huius actum quo scilicet primo viuitur sentitur intelligitur ⁊ fit motus secundum locum manifestum est ex his idest ex dictis ex habitis .n. ī verbis p̄hi accipienda est diffinitio anime cōplectens tam diffinitionem ꝓpriam quam cōmunem. Notandum autē q̄ addendo diffinitionem anime cōmunem diffinitioni spāli fit vna diffinitio que est tota demōstratio positione differens. nam diffinitio ꝯmunis vt ostēdebatur supra cōcludi habet per diffinitionē specialem vnde ⁊ hunc modum tenuit p̄hūs ī lectione presenti. nam per hoc q̄ anima est id quo primo viuimus sentimus ītelligimus ⁊ secundum locum mouemur ex q̄bus accipi possunt spāles diffōnes anime ꝯclusit animā esse spēm ⁊ actum corporis que est cōmunis diffinitio ipsius quare vt in precedētibus tangebat̄. lectio presens dupliciter ꝯtinuari potest ad p̄cedentia. primo vt p̄hūs p̄ diffōnem speciales vellit cōcludere diffinitionē cōmunem. nam per hoc q̄ anima ē quo primo viuimus ⁊c. concluditur q̄ sit forma ⁊ actus corporis. naꝫ diffinitio spālis cōcludere habet diffōnem cōmunem. secūdo pōt introduci. h. littera vt vellit p̄hūs q̄ diffinitioni spāli super addēda sit diffinitio cōmunis. sed he due ꝯtinuationes quasi in idem tendunt q̄r si vna diffinitionuꝫ cōcludit̄. per aliam oportet ad perfectam diffōnē habendam vtrāqꝫ diffinitionem combinare. nam ille perfecte diffinit qui vnam diffinitionem conflat ex duabus diffinitionibus quatū vna est demonstrationis principium. alia vero est demonstrationis conclusio potest etiam ⁊ tertio modo continuari sic q̄ philosophus in principio huius secundi inuestigauit diffinitionem anime cōmunem que est demostratiōis conclusio. in lectione autem hesterna ibi quoniam autem ex incertis. Inuestigauit diffinitiones anime speciales ⁊ proprias que sunt demonstrationis principium in lectione autē presenti que incepit ibi quoniaꝫ autem quo primuꝫ viuimus docet addere diffinitiones speciales diffinitioni cōmuni. ⁊ perconsequens ī uestigat diffinitionem anime que est tota demonstratio pōne differens.

P Otentiaruꝫ autē anime ⁊c. Postquam p̄hūs posuit diffinitionem cōmunem omni anime ⁊ docuit secūdum diuersa opera vite. ⁊ secundum diuersas potentias accipere proprias diffinitiones cuiuslibꝫ anime. in parte ista enumerat potentias ipsius anime ⁊ ostendit quomodo se habent huiusmodi potentie adinuicem ex qua ostensione clarius apparet quomō sumenda est diffinitio anime iam cōmunis q̄ꝫ etiam ꝓpria. tria ergo facit quia primo ait q̄đ nō omnes potentie insunt omnibus animatis ⁊ enumerat potentias ipsius anime. secundo ostendit quomodo potentie se habent adinuicem. tertio ex his que dixerat declarat quomodo accipienda est cōmunis diffinitio anime et quomodo propria. secunda ibi inest autem plātis. tertia ibi manifestum igitur. Dicit ergo quod potentiarum autem anime que dicte sunt

aliis qdem insunt omnes vt hominibus aliis vo quedam harum vt animalibus aliis qbusdam vero vna sola vt plantis enumerat aũt huiusmodi potẽtias. dicens potentias autem dicimus vegetatiuũ sensitiuũ appetitiuũ fm locũ motiuũ ⁊ intellectiuũ. Notandũ autez necessitatẽ huius capituli ex hoc ↄsurgere. nã cum sup̃ diximus circa ipsam alam sumẽdas esse. iiij. diffõnes spãles. quarũ prima ↄpetit plantis. scd̃a aĩalibus iperfectis. tertia pfectis quarta hominib⁹. Dubitaret forte aliquis cum sint quinqȝ potentie anime. ꝙ tales diffinitões spãles deberẽt eẽ qnqȝ. ergo ꝑncipal' itentio phi in hoc capitulo est ostendere ꝙ appetitiuũ nõ ↄstituit diuersum gradum aĩatoꝝ sed alie diuersũ gradũ aĩatorum ↄstituunt qꝛ licet sint quinqȝ potentie. iiij. tñ sunt gradus animatoꝝ ⁊ secũdum eos sumuntur quattuor diffõnes spãles inde est ꝙ post distinctionẽ harum potentiaꝝ ⁊ horum graduũ. declarat quomõ sumẽda est diffinitio aĩe cõis ⁊ quomodo ꝓpria. nam ⁊ si talia superius tacta sunt tamẽ per ea que hic tradentur manifestius patefiẽt

Deinde cum dicit inest aũt plantis. ostẽdit quõ huiusmodi potẽtie se habẽt adinuicẽ. circa ꝙ duo facit qꝛ primo ostẽdit quomodo se habeant adinuicem vegetatiuũ sensitiuũ. secundo quomodo se habent ad potẽtias alias scilicet secũdum locum motiuũ ⁊ itellectiuũ. secunda ibi qbusdam aũt ad. h. inest. circa primũ duo facit qꝛ primo facit ꝙ dictum est. secundo quod dam ꝙ supposuerat manifestat ibi aĩalia autẽ omnia. dicit ergo ꝙ inest aũt plantis vegetatiuũ solum alteria aũt animatis. vt animalib⁹ inest huiusmodi potentia. s. vegetatiuũ ⁊ sensitiuuȝ. si aũt in eis inest sensitiuũ inest ⁊ appetitiuuȝ he ergo potentie sic se habent adinuicez qꝛ vegetatiuũ potest seperari a sensitiuo. sȝ sensitiuuȝ nõ seperaꝛ ab appetitiuo. addit aũt qd appellat appetitiuũ. dicens ꝙ appetitiuũ. qd̃ enĩ sunt ira desiderium ⁊ voluntas. Notãdum aũt ꝙ appetitus duplex ẽ itellectiuus vt voluntas ⁊ sensitiuus ⁊. h. diuiditur i irascibilem ⁊ ↄcupiscibilem omnes ergo appetit⁹ sũt tres videlicet desiderium siue ↄcupiscibilis. ira. i. irascibilis ⁊ voluntas. alia autẽ ira habȝ voluptas. ⁊ tunc totum referendũ est. ad appetitiuuȝ sensitiuũ qꝛ desideriũ ira ⁊ voluptas vt nominãt passiones nõ reperiunꝛ nisi in appetitu sensitiuo. vtrum aũt reperiaꝛ voluptas. circa appetitum itellectiuũ. ⁊ quomõ hȝ esse i tali appetitu nõ presentis ẽ speculationis. Dubitaret forte aliquis vtꝝ plantis insit appetit⁹ ⁊ videꝛ ꝙ sic. nã appetitus ẽ quedam inclinatõ sequens formã si ergo plantis inest forma que ẽ anima. oꝫ scd̃m formã illam dare iclinationẽ aliquã quã vocamus appetitũ. Dicẽdũ ꝙ sicut est de motu. ita suo modo ẽ de appetitu sicut ergo videmus duplicẽ motũ vnus qui ẽ ad vitam differentiã pdis qui est mediãte gravitatẽ ⁊ leuitate et hic ẽ per nãm alicuius elementi alius vero est ad oẽm dñam põnis et hic est ab anima sic duplex est appetitus. vnus sequens formaȝ nãlem et hic est appetitus naturalis sicut dicimus ꝙ lapides ⁊ grauia appetunt esse deorsum alius est appetitus sequẽs formã adp̃hensaȝ ⁊. h. diciꝛ eẽ animalis plãtis ergo inest appetitus naturalis non aĩalis quia carent apprehensione ⁊ cognitõe. Dicam⁹ ergo ꝙ sicut mixta inaĩata hñt pfectiorem formaȝ quam elemẽta tamẽ qꝛ per formã illam nõ ↄpetit ei alius motus a motu elementoꝝ sed mouenꝛ per naturã elemẽti predominãtis in ipsis. id non loquimur aliter de motu mixtorũ quaȝ elementoꝝ. sic ⁊ plante licet habeãt pfectiorem formã ꝙ̃ alia inaĩata tamẽ qꝛ secundum formã illã nõ hñt alium moduȝ appetendi ꝙ̃ alia inaĩata eo ꝙ cognitione careant sicut illa. ideo nõ aliter loquẽdum est de appetitu plantaꝝ quam de appetitu inaĩatoꝝ. dicuntur ergo plante nõ habere appetitum. nõ qꝛ nõ habeant appetitũ nãlez sed qꝛ nõ habẽt aliquaȝ potentiaȝ anime appetitiuã sup additam appetitui naturali. Ulterius forte dubitaret aliquis. vnde sequitur. h. cõsequẽtia quod quibus inest sensitiuũ inest ⁊ appetitiuũ. Dicendum ꝙ appetitus vt sup̃ dicebaꝛ est qdam iclinatio ↄsequens formã. eo. n. ipõ ꝙ alicui aliqua forma iprimitur oꝫ scd̃m formã illaȝ habere aliquez ordinem ⁊ aliquã iclinationez quaȝ vocamus appetitum. vt eo ipõ ꝙ in grauibus habet esse forma grauis ex forma. illa iclinantur ⁊ ordinantur ad locum deorsũ ⁊ appetunt deorsum esse si ergo iclinatio ⁊ appetitus sic se quitur formã ꝑut in aliquibus reperiꝛ alius ⁊ alius modus receptionis forme reperiꝛ i ipis alius ⁊ alius appetitus plante. ergo ⁊ vniuersaliter oĩa inaĩata. qꝛ nõ recipiunt formaȝ nisi materialiter tantũ. nõ habent nisi vnum appetituȝ vt appetitũ naturalẽ. sequẽtem formã naturaliter impressaȝ. aĩalibus vero in quibus reperitur cognitio sensitiua ↄpetit duplex modus receptionis forme. alterantur. n. sensitiua materialiter sicut alia corpora naturalia. ⁊ ẽt alterantur itentionaliter eo ꝙ sensitiua sint. nã sensus susceptiuus ẽ itentionis sensibiliũ ⁊ suscipit formaȝ sine materia. In animalib⁹ ergo reperitur duplex appetitus scd̃m duplicẽ modum receptionis forme. ꝑut eniȝ recipiunt formaȝ materialiter rõne qua sunt corpora nãlia ↄpetit eis appetitus naturalis sed ꝑut suscipiunt formã sine materia ↄpetit eis appetitus sensitiuus qui diuiditur in iram ⁊ ↄcupiscẽtiaȝ hominibus vero quibus per itellectum ↄpetit pcipere formã cõem vniuersaliter inest non solum appetitus naturalis ⁊ sensitiuus sed intellectiuus. Dicamus ergo triplicez esse susceptionẽ forme quia aliqñ suscipiꝛ forma cuȝ materia ⁊ cum ↄditionibus materie ⁊ sic mutantur insensibilia aliqñ vero suscipitur forma

sine materiā qꝛ non suscipitur realiter sed inte͂tionaliter non tamē suscipitur sine cōditōibus materie qꝛ recipitur particulariter ⁊ hic ⁊ nūc ⁊ sic mutantur sensus. sensus enim dicitur suscipere formam sine materia qꝛ nō recipit eaꝫ realiter sed intentionaliter suscipit tamen eam cum ꝯditionibus materie qꝛ recipit ipam particularia ⁊ hic ⁊ nunc ternus modus receptionis forme ē cū suscipitur penitus imaterialiter ⁊ talis est susceptio itellectus qui recipit formā sine materia ⁊ sine ꝯditōibus materie. plātis ergo ⁊ ceteris corporibus inanimatis cōpetit solus vnus modus receptiōis forme ideo hn̄t solum vnū apetitum vt naturalē sed sensibilibus competit duplex modus susceptōis. ideo duplicem habēt appetitū naturalem ⁊ sensitiuum in hominibus vero in quibus triplex modus susceptōis forme est. s. vnus naturalis alia intentōalis sensibilis. tertius qui ē penitus imaterialis vt pꝫ qui suscipit formas intelligibiles est triplex appetitus. s. naturalis sensitiuus ⁊ intellectiuus cum ergo querit̄ vn̄ sequit̄. h. cōsequentia quod habentia sensitiuū habēt ⁊ appetitiuum dicē dꝫ quod qꝛ habentibus sensitiuū competit alius modus susceptōnis forme quā aliis corporibus naturalibus carentibus sensu opꝫ quod animalibus p̄ter appetitū naturalem sequentē naturaleꝫ formā competat appetitus sensitiuus sequens formā apprehensā sm̄ sm̄ ex hoc aūt pꝫ quare plantis sm̄ quod animate sunt non dicunt̄ habere appetitū. qꝛ ex eo quod plante habent alam non competit eis aliquis modus susceptōis forme qui nō cōpetit rebus inanimatis omnino enim plāte immutant̄ sicut altera inanimata. ideo in p appetitum naturalē nō habent aliquē aliū appetitum itaqꝫ cum. h. non loquit̄ philosophus de appetitu naturali sed de eo qui est pars potentialis anime dicamus plantas non habere appetitū. **Deinde** cū dicit animalia autem qꝛ dixerat quod habentia sensum habent ⁊ appetitū ideo hic ꝓbat quod dixerat ⁊ qꝛ omnia habentia sensum habēt tactū ꝓbat quod oibus quibus inest sensus tactus inest ⁊ appetitus potest aūt sic formari ratio quibuscūqꝫ inest sensus ibi est tactus. quibuscūqꝫ inest tactus inest appetitus. ergo omnia habentia sensum habēt appetitum. ꝓbat ergo quod habentia tactum habēt appetitū ⁊ qꝛ gustus est quidā tactus. ideo duo facit qꝛ primo ostendit quod habētia tactū habent appetitū. secundo qꝫ habentia gustum habent ⁊ appetitū ibi sapor vero vt delectamētū. circa primū duo facit secundū quod dupliciter ꝓbat intentum. sa ibi adhuc alimentiꝫ dicit ergo quod animalia omnia saltem habent vnū sensuꝫ vt tactū cui aūt inest sensus tactus huic ⁊ leticia ⁊ tristicia ⁊ dulce ⁊ triste inee potest quibus aūt hec insunt inest ⁊ ꝯcupiscentia ⁊ ꝑ ꝯsequens apetitus qꝛ. h. s. ꝯcupiscentia est apetitus rei delectabilis. **Notandū** autem quod sensus tactus si iungat̄ cū aliquo discōueniēti vt si pongat̄ cū acu dolet si vero iungat̄ ꝯueniēti delectat̄ ⁊ qꝛ delectatio ⁊ dolor nō potest ē sine appetitu cuicunqꝫ inest sēsus tactus inest apetitus quare verū ē quod dicebat̄ videlicet quod cui inest sensus est appetitus cū nulli insit aliquis sensus nisi insit ei sensus tactus.

Deinde cum dicit adhuc aūt alimenti adducit aliam rōnem ostendens quod habētia sēsum tactus habent apetitū dicēs quod adhuc habentia sensum tactus habent sensum alimēti qꝛ sensus tactus est sensus alimenti. siccis. n. ⁊ humidis ⁊ calidis ⁊ frigidis alunt̄ omnia nutrientia. horū aūt est sensus tactus ergo respectū tangibiliū sumit̄ alimentū. alia uero sensibilia per accidens faciunt ad nutrimentū. iō subdit quod alioꝝ sensibiliū sm̄ accidens hꝫ ē nutrimentū nec sonus nec color nec odoratus. s. odor que sunt obiecta aliorum sensuum quodcunqꝫ illoꝝ nihil ꝯfert in alimentuꝫ. humor aūt idest sapor ⁊ si aliquid ꝯfert ad alimētū hoc est quia sapor est vnū aliquod tangibiliū obā ergo tactus ꝑ se faciunt ad alimentū sed obiecta aliorum sensuū faciunt ꝑ accidens sed respectu alimenti hꝫ ē ꝯcupiscentia. ergo respectu sensibilium tactus hꝫ ē ꝯcupiscentia ⁊ cui inest tactus inest ꝯcupiscentia quod aūt sm̄ alimentū sit ꝯcupiscentia pꝫ qꝛ esuries. i. fames ⁊ sitis respiciunt alimentū ⁊ ꝯcupiscentia est secunduꝫ ipa quod aūt sic sit pꝫ qꝛ ⁊ esuries quidem ē ꝯcupiscentia calidi ⁊ sicci sitis autem est frigidi ⁊ humidi. **Notandū** aūt quod cuicūqꝫ inest sensus tactus inest sitis vel esuries cui vero inest aliquod horum inest apetitus ⁊ ꝯcupiscentia alimenti quare cuicunqꝫ inest sensus tactus inest appetitus aliquis vel ꝯcupiscentia. **Notādum** etiam quod ex eisdeꝫ nutrimur ⁊ sumus ⁊ qꝛ sumus ex quatuor elementis nutrimur ex mixtis ⁊ compositis ex quatuor elemētis vnū enim solum nō sufficit ad nutritiōem alicuius animari quare cum mixta secundū quod huiusmodi sint calida vel frigida humida vel sicca nutrimur calidis humidis frigidis ⁊ siccis ex qꝛ he sunt differentie tangibilium dicit̄ tactus ē sensus alimenti ⁊ differentie tangibilium ꝑ se faciunt ad alimentū differentie vero aliorū sensuum faciunt per accidens non ꝑ se. si auteꝫ sapor quod ē obiectū gustus facit ad alimentū hoc est qꝛ gustus est quidā tactus ⁊ gustabile ē quoddā tāgibile si aūt tactus ꝑ se est sensus alimenti cui inest sensus tactus inest appetitus ⁊ ꝯcupiscentia alimenti nihil enim hꝫ sensum tactus nisi desideret frigida vel calida vel humida vel sicca quare omne tale necesse ē habere apetitum **Deinde** cū dicit sapor vero quia gustus ē quidā tactus ostendit quod habentia gustum habēt etiam apetitum dicēs qꝫ sapor nō ē quoddā delectamētū hoꝝ. i. coꝝ que appetimus per famē vel ꝑ sitim ergo cui inest sapor inest ei delectatio ⁊ ꝑ ꝯsequens appetitus ad-

dit aūt quod certificanduz ē de his posterius. nam de omnibus his sensibilibus infra pleni us est dicendum. nunc aūt in tantū dictum sit quod animalibus habentibus tactū insit ⁊ ap petitus ⁊ subdit quod de fantasia autē quomō se habeat ad appetitū uel ad sensum tactus. et vniuersaliter ad omnē sensum īmanifestū est posterius aūt intendendū est de hoc manifestū est aūt quod bstia tactum habent appetitum sed utrum habeant fantasiā nō est plene mani festū. Dubitaret forte aliquis qz supra māi feste dixit quod cuicūqz inest sensus inest ⁊ fan tasia. ergo sicut per habita manifestū est quod cui inest sensus inest apetitus sic per alia est eti ā m manifestū quod cui inest sensus inest fanta sia. Dicendū duplicē esse fantasiam unam indeterminatā aliā determinatā ut supra diffu sius diximus dato ergo quod manifestū sit qđ cui inest sensus inest fantasia indeterminata cui tamē inest fantasia determinata nundū ē ma nifestū vel possumus dicere quod qz de imagi natōe ⁊ fantasia infra plenius tractabitur. iō dicit hoc immanifestū esse quid sit de ipa tenen dū. Deinde cum dicit quibusdā aūt adhuc ostendit quomodo se habeant ad alias potēti as ₰m locū motiuū ⁊ intellectiuū dicens quod quibusdā aūt animalibus adhuc idest supra .h. vz supra vegetatiuū sensitiuū ⁊ appetitiuū in est ⁊ ₰m locū motiuū ergo ₰m locū motiuū est aliquid supadditū aliis potentiis ⁊ alia possūt separari ab ipso ⁊ nō ecōuerso ⁊ subdit quod alte ris supple sup omnia hoc inest intellectiuū ⁊ in tellectus vt hominibus ⁊ si aliquid alterū est huiusmodi habens intellectū sicut homo āt ēt est ⁊ honor ₚabilius homine dicet Notādū ēt quod aut si aliquid aliud est honor habilius homie ꝓpter corpora supcelestia que dicuntur esse animata ⁊ habere de virtutibus anime .i tellectiuā ⁊ desideratiuā.

Manifestum est igitur quoniam ⁊c.

Postquā philosophus ostēdit quomodo potentie anīe se hñt ad inuicem qz vt pz appetitiuū non fa cit gradū distinctū ab aliis sed alie quatuor po tentie vt vegetatiuū ⁊ sensitiuū ⁊ secūdū locuz motiuū ⁊ intellectiuū faciunt distinctū gradūz animatoꝝ cum secundū hos gradus sumende sunt spāles ⁊ ꝓprie diffinitōes anime que addē de sunt diffinitōi anime cōmuni vt habeat cō pleta diffinitio eius. iō in pte ista post distictio nem harum potētiarum ⁊ hoꝝ graduū specialr̄ de scendit ad ostendendū quomodo accipiēda sit de anima cōmunis diffinitio ⁊ quomodo ꝓpria nam ⁊ sī. h. p habita aliqualr̄ ē manifestū tamē per ea que hic dicent magis veritas patefiet. duo ergo facit qz primo ostendit quomodo ac cipienda sit de anima diffinitio cōmunis. secū do quomodo ꝓpria ibi similr̄ autem se habent circa primū duo facit qz primo facit quod dēz est. secūdo ex his que dixerat specialr̄ descēdi ad increpandū platonē ibi vnde rudiculū est. dicit ergo ꝙ manifestū igit est quoniā eodem modo erat vtiqz vna rō idest diffinitio anime sicut figure. nam nz ibi. s. in figuris est aliqua figura pter triangulū ⁊ quadrangulū ⁊ alias fi guras que sunt ꝯsequenter sicuz ibi vz ex par te animarum est anima aliqua communis se pata pter vegetatiuū sensitiuū ⁊ alias spāles animas et subdit quod fiet aūt vtiqz ⁊ in figu ris vna cōmunis rō idest diffinitio que conue nit quidem omnibus figuris et nullius autez figure erit ꝓpria. similr̄ aūt et in dictis anima libus vel in dictis animabus vt hz alia lrā se habebit quod assignabit rō cōmunis anime q̄ ꝯueniet omnibus alabus et nullius anime erit ꝓpria. Notandū aūt philosophū dixisse querendā eē cōem diffinitōem anime que con ueniat omni anīe ꝓpter platonē qui querebat diffinitōes rerum sepatatum ptermittens res naturales et sensibiles. Deinde cum dicit vnde ridiculuz est descendit ad increpatiōem platonis specialr̄ dicens quod bene ridiculum est querere cōmunē rōnem idest diffinitōnem ⁊ in his ⁊ in animabus ⁊ in alteris rebus na turalibus que ratō idest diffinitio nullius erit idest nulli ꝯueniet eorum que sunt ꝓpria idest que sunt specialia. talis ergo dz esse diffinitio anime. cōmunis que ꝯueniat cuilz anime pro prie idest cuilibet anime speciali ⁊ addit quod nz supple sufficit querere talem rōnem cōmu nem dimittentes rōnem spālem secundū pro priam ⁊ indiuiduam spēm. sic ergo querenda ē diffinitio cōmunis competens cuilz anime qꝫ tamen non ptermittat diffinitio spālis. Du bitaret forte aliquis qz non videt intelligibile quod possit dari cōmunis diffinitio aīe que nō ꝯueniat cuilz anime spāli cum hoc sit de rō ne cōmunis quod pdicat de quolz spāli. Di cendū quod cōmune quod ē in rebus et quod p̄ dicat de rebus diffiniri non pōt nisi diffinitio illa competat cuilz particularium qz idē tenē dum est de diffinito et diffinitōe quare si com mune quod diffinit pdicat de quolz spāli. opz diffinitōem datā de ipo pdicari et de quolibet tali sed si eēt vera opinio platonis ponens vni uersalia et cōmunia habere esse sepatum et p se existere tūc de tali cōmuni ⁊ vniuersali opor teret dare diffinitōem nō competentem alicui pticulari. nam qz idem est iudiciū de diffinitōe et diffinito est cū illud cōmune sit abstractuz non possz essentialiter pdicari de rebus eo quod ni hil essentialiter de rebus pdicari pōt nisi quod existit in ipis necessariū erit illius diffinitōem cōmunis nō ꝯpetere alicui rei pticulari itaqz cum scia sit de rebus et de vniuersalibus que sunt in rebus et non de ydeis et de vniuersali bus sepatis et rursus cū diffinitōes sint ipsarū rerum et ipoꝝ vniuersaliū existentiū in rebus et non ipoꝝ exēplarium nec ipoꝝ vniuersaliuz habentiuut

habentium ꝑ se eẽ ne incidamus in positõem
platonis secundũ quẽ oportebat dare diffinitio
nem rex cõmuniũ ꝛ uniuersaliũ non compete̾
tem alicui particulariũ mouet nos philosoph⁹
cauere nobis ne demus huiusmodi diffinitõz
cõmunẽ. Aduertendũ tamen quod philo-
sophus ex dictis platonis contra platonẽ argu
it. volebat enim plato quod qꝛ figure ita ordia-
te se habent qꝛ post trigonũ ẽ tetragonũ ꝛ post
tetragonũ pentagonũ ꝛ qꝛ una figura est causa
alterius in numeris ꝛ figuris que sic ordinate
ꝛ causaliter se ꝯsequunt̾ non posuit ydeas ꝛ exe̾
plaria sepata credidit enim quod sufficeret or
do ꝛ causalitas que reperit̾ in numeris ꝛ figuris
ad hoc quod possent diffiniri et esse scia de ip-
sis absq͡ꝫ eo quod poneremus ideas separatas
existentes eorũ cãs arguit ergo philosophus qꝛ
cum ita ordinate se excedant anime sicut nũe
ri et figure qꝛ sicut tetragonus ꝑsupponit trigo
num et hꝫ tot angulos quot hꝫ trigonus et ad-
huc plures et sicut trinitas ꝑsupponit dualita-
tem et hꝫ tot unitates quot dualitas et adhuc
plures sic sensitiuum ꝑsupponit uegetatiuum
et potest quicquid põt ipm et adhuc amplius
et quod dictũ est de sensitiuo respectu negatiui
intelligendũ est de ꝫm locum motiuo respectu
sensitiui et de intellectiuo respectu ꝫm locum
motiui ordinẽ ergo quẽ aspicimus in figuris et
numeris inuenimus in animabus quare si ibi
non est figura nec numerus ꝑter has figuras
pticulares sic nec in animabus erit dare aliq͡ꝫ
alam idealem et separatam hñtez eẽ ꝑter has
animas et per ꝯsequens nõ erit danda com-
munis diffinitio de anima que non competat
animabus pticularibus. Aduertendũ ẽ qꝺ
sicut anime gradatim se excedunt et est dare
ordinẽ quẽdã in ipis animabus sic omnia na
turalia ordinata sunt. nam sicut omnes nume
ri habent ordinẽ ad unitatẽ sic omnis effectus
et omnia naturalia habẽt ordinẽ ad pmã cãz
que ẽ essentia unitatis et bonitatis quare si or
dinẽ istũ que͡ꝫ aspicimus in figuris ꝛ numeris
repetimus in animabus ꝛ in aliis rebus natu
ralibus bene dictum est quod philosophus ait
quod in his idest in animabus ꝛ in alteris re-
bus naturalibus ridiculũ ẽ querere cõmunez
aliquam rõnẽ que rõ nõ sit nullius idest nõ con
ueniat alicui eoꝝ que sunt ꝓpria idest que sunt
specialia ꝛ pticularia nꝫ enim in his nꝫ in illis
est dare cõmune aliquod ꝛ ideam aliquã sepa-
tam ab istis que spãlia ꝛ ꝓpria sunt. Aduer
tendũ ẽt huius capli duplicẽ eẽ necessitatem.
vnã que tacta fuit vt ꝑpt hoc sit hoc caplm in
troductũ vt cum quinq͡ꝫ sint põe anime quatu-
or tamen sẽ diffinitiões spãles eius qꝛ appetiti
uum nõ constituit gradũ diuersum ab aliis po
tentiis. alia est necessitas huius capli vt ꝑpter
hoc sit introductũ ne incidamus in opinionez
platonis qui dicebat sciam ꝛ diffinitõem non
esse istaꝝ rex sensibiliũ sed vniuersalium sepa

torũ ꝑpter quod in diffiniendo dupl'r peccabat
primo quia oportebat eũ dare diffinitiõem cõ
munẽ que nõ competebat alicui istoꝝ pticula-
riũ. 2o quia huiusmodi sensibilia ꝛ pticularia
ꝑtermittebat ita quod cũ daret diffinitõnem
cõem competentez vniuersalibus separatis non
curabat dare diffinitõem ꝓpriã ꝯpetentẽ sensi
bilibus rebus. ideo philosophus postquam di
stinxit gradus animatoꝝ ait vterq͡ꝫ faciẽdũ
eẽ vꝫ quod querẽda est diffinitio cõmunis que
non sit ꝓpria alicui anime spãli ꝯueniat tamẽ
cuilibet earum ꝛ non est sistendũ in tali diffini
tione sed querenda est diffinitio ꝓpria. De
inde cũ dicit similiter autem se habent osten-
so quomodo querenda ẽ cõmunis diffinitio ai
me ostendit quomodo querenda sit ꝓpria circa
ca quod duo facit qꝛ primo ostendit querendã
eẽ diffinitõem ꝓpriã. scꝺo distinguit gradus
animatorum vt clarius pateat quot diffini-
tões ꝓprie sunt querende ibi sine enim vege-
tatiuo. dicit ergo quod similiter se habẽt ei qꝺ
ẽ de figuris ea que sunt secundũ animã. nam i
figuris ꝛ in rebus animatis semꝑ in eo quod
est ꝯsequenter ꝛ posterius est potentia idest v̾
tualiter id quod ẽ prius ut in tetragono virtua
liter quidem ẽ trigonũ qꝛ omẽs angulos quos
hꝫ trigonus habet tetragonus ꝛ adhuc pl'res
ꝛ in sensitiuo virtualiter est vegetatiuuz quia
quicquid potest vegetatiuũ potest sensitiuum
ꝛ adhuc amplius quare si sensitiuũ cadit supra
vegetatiuũ ꝛ vnus gradus animatoꝝ aliquid
ꝓpriũ ꝛ aliquid spãle addit supra aliũ non est
sistendũ in diffinitõe cõmuni. sed ꝛ secundum
vnũquodq͡ꝫ animatoꝝ. querendum est que sit
vniuscuiusq͡ꝫ anima ꝛ que sit ꝓpria vniuscu-
iusque ratio vt que plante ꝛ que hominis aut
etiam que bestie. ꝛ addit quod ꝑpter quã autẽ
causam sic consequẽter se habẽt huiusmodi ani
mata quod vnum addit supple aliud ꝛ vnuz
potest separi ab alio ꝛ non econuerso vt qꝛ ve-
getatiuũ potest separi a sensitiuo sed non con-
uertitur quare ergo hoc contingit consideran-
dum est supple post vt circa finem huius libri.

Dubitaret forte aliquis quia videtur hic
philosophus ponere solum tres gradus ani-
matorum videlicet plantam bestiã ꝛ hominẽ
et etiam cõmuniter distinguunt̾ tres anime.
scilicet vegetatiua. sensitiua. et intellectiua. qꝛ
inconuenienter assignãtur quatuor gradus ani
matorum ꝛ non bene dicitur querendas esse
quatuor speciales diffinitões anime. dicen-
dum quod in rebus ordinatis in quibus est ꝓ
gressus ab extremo in extremũ per medium.
saltem est assignare tria membra. videlicet su
perius extremũ ꝛ inferius extremum ꝛ mediũ
inter vtrunq͡ꝫ vt in animabus extremũ supe
rius est anima intellectiua. que vt intellectiua
quicquid recipit quasi penitus immaterialiter
recipit quia recipit sine materia ꝛ sine conditõ
nibus materie extremũ autem inferius tenet

anima plantaꝝ que quicquid recipit materialiter recipit. nam planta secundū quod huiusmodi non imutatur nisi materialiter tantū. medium autē graduz tenet anima bestiarum vel anima sensitiua. nam sensus nec imutatur penitus materialiter cum vt infra dicetur sit susceptiuus specierum sine materia. nec etiam immutatur penitus immaterialiter quia recipit cum cōditiōnibus materie recipit enim particulariter ⁊ hic ⁊ nunc secundū hoc ergo assignantur tres gradus animatoꝝ videlicet plante que tenet gradum extremū ⁊ infimū ⁊ hominis qui inter mortalia tenet gradum supremū. tertia est anima bestie tenens gradū medium inter illa secundū hoc ergo assignantur tres anime. scilicet vegetatiua. sensitiua. ⁊ intellectiua. Aduertendum tamen quod sensitiuū quod ponitur mediū inter vegetatiuū ⁊ intellectiuū non est mediū punctale sed magne latitudinis in h. enim medio est assignare duos gradus quia quedam sunt sensibilia ⁊ animalia imperfecta vt illa que solum sentiunt ⁊ non mouent se motu progressiuo. sed autē compeit eis aliquis motus hic est dilatatōis ⁊ constrictōis. quedam vero sunt perfectiora quibus competat nō solum sensitiuum sed etiam secundū locum motiuū non ergo obstante quod triplex est anima possunt tamen distingui quatuor gradus animatorum. quia anima sensitiua vel anima bestiarum diuiditur in duos gradus quia quedam est solum principium sentiendi. quedam vero sentiendi ⁊ secundū locum mouendi. Deinde cū dicit sine enim vegetatiuo distinguit vel assignat hos quatuor gradus aīatorū. ideo quatuor facit quia primo ostendit esse quedam animata que solum viuunt vt plāte. secundo ait esse quedam que viuunt ⁊ sentiunt vt animalia imperfecta. tertio dicit esse animalia que viuūt ⁊ sentiunt ⁊ mouentur secundū locum ut animalia perfecta. quarto ait esse quartum gradum animatoꝝ vt hominem cui competunt omnia hec ⁊ etiam intelligere. secunda ibi iterum autem. tertia ibi ⁊ sensitiuoꝝ. quarta ibi vltimū autem. dicit ergo quod sine vegetatiuo enim non est sensitiuum sed a sensitiuo seperatur vegetatiuum vt in plantis. plante ergo tenent infimum gradum inter animata quia eis non competit nisi vegetatiuum tantum. Deinde cum dicit iterum autem sine determinat de secundo gradu animatorum vt de animalibus imperfectis dicens quod iterum quidem quod pōt tangere idest sine tactu neqz sine eo vnus idest nullus est aliorum sensuū. tactus enim est sine aliis sensibus quia multa de nūero animalium vt animalia imperfecta neque habent visum neque auditum neque etiaz habent sensum odoratus sed habent solum tactū in secundo ergo gradu sunt alia imperfecta quibus inest solum vegetatiuum ⁊ sensitiuum et non sensus quilibet sed sensus tactus. Deinde cum dicit ⁊ sensitiuorum determinat de tertio gradu animatorum dicens quod ⁊ sensitiuorum autem alia quidem habent motiuū secundū locum ut animalia magis perfecta alia autem non habent vt imperfecta. In tertio ergo gradu sunt animalia perfecta quibus competit vegetatiuum. sensitiuum ⁊ secundum locum motiuū. Dubitaret forte aliquis quia vermes secunduz hoc videntur esse animalia pfecta cum eis competat secundū locum motiuum. dicendū quod vt supra tangebatur hic secundū locū motiuū intelligitur de motu progressiuo. quedam enim mouent seipsa solum dilatando ⁊ constringēdo vt conche marine huic enim motui assimilatur motus vermium. nā cum vermes se mouent. primo secundum partem anteriorem se retrahunt ⁊ constringūt ⁊ se constringendo secundū partez anteriorem trahunt post se partem posteriorem ⁊ postquaz sic se constringunt ⁊ cōstrinxerunt ⁊ traxerunt post se aliam partem dilatant postea se secundum partem constrictam. ⁊ sic faciunt se ad vlteriorem locum motus ergo ille non proprie est motus progressiuus imo valde modicū differunt a motu dilatatōnis et constrictionis ex quo manifeste patet quod omnia reptilia cuiusmodi sunt serpentes ⁊ talia imperfecta sunt quia non proprie gradiuntur sed reptant. Deinde cum dicit vltimum autez determinat de quarto gradu animatorum dicens quod vltimum ⁊ minimū inter animata est habens ratiocinatiōez ⁊ intellectum et subdit quod quibus enim corruptibilium inest ratiocinatio his et reliqua omnia insunt quibus autem inest vnum quodque aliorum non omnibus inest ratiocinatio ⁊ intellectus sed cui inest intellectiuum inest vegetatiuum sensitiuum ⁊ secundum locum motiuum. sed non conuertitur intellectiuum. ergo in mortalibus presupponit omnia alia. sed nullum aliorum presupponit ipsum. inimo non solum quodlibet aliorum non presupponit intellectiuum. sed etiam non quodlibet presupponit imaginatōem ideo subdit quod quibusdam autem animalibus neque imaginatio inest sed quedam animalia viuunt idest diriguntur in opera vite a sola idest per solam imaginationem. ratio autem quare possunt habere imaginatōnem sine intellectu est quia de speculatiuo autem intellectu altera ratio est quam de ymaginatione ⁊ propter hanc alteritatem ⁊ diuersitatem potest illa potentia inesse alicui animali preter istam. Ultimo concludit circa determinata dicens quod quidem igitur manifestum est per habita quod supple cum sint tot gradus animatorum de vnoquoque eorum sumenda est propriissima ratio scilicet que est dicta videlicet quod anima est actus corporis quo primo viuitur. quo primo sentitur. ⁊ sic de aliis.

Necessarium

Necessarium est autem debentem etc. Postquam philosophus docuit assignare circa animam non solum diffinitionem communem sed etiam diffinitiones proprias imperfectas secundum diversa opera vite et secundum diversas potentias in parte ista intendit determinare de unaquaque harum potentiarum. circa quod duo facit. quia primo ostendit quo ordine est procedendum. secundo incipit determinare de unaquaque potentia secundum ordinem pretactum. secunda ibi quare prius de alimento. circa primum duo facit secundum quod potentie ad duo comparari possunt. videlicet ad organa et ad alia que consequuntur ipsas potentias. secundo vero ad actus et ad obiecta.

Primo ergo ostendit quo ordine est determinandum de potentiis prout comparantur ad organa et ad alia que consequuntur ipsas potentias. Secundo vero prout comparantur ad actus et obiecta secundum que huiusmodi potentie habent diffiniri. secunda ibi si autem oportet dicere. dicit ergo quod necessarium est autem debentem facere perscrutationem de his idest de potentiis huiusmodi accipere quid est unumquodque eorum idest unamquamque harum potentiarum. Postea autem sic idest post determinationem hanc investiendum est de habitis idest de his que consequuntur potentias nunc etiam oportet investigare. et de aliis ut de organis ipsarum potentiarum. Notandum quod circa quamlibet potentiam possumus aliquas assignare proprietates consequentes ipsam ut proprium est visui sentire a remotis magis quam aliquis sensus et suscipere species magis intentionaliter quam aliquis sensuum vel aliqua alia si qua sint.

Determinandum est ergo de ipsis potentiis et de proprietatibus sequentibus eas et de aliis ut de organis ipsarum potentiarum. Deinde cum dicit si autem oportet ostendit quo ordine determinandum est de potentiis prout comparantur ad actus et obiecta dicens quod si autem oportet dicere quid est unumquodque ipsorum idest unaqueque harum potentiarum ut quid est intellectivum sensitivum aut vegetativum prius adhuc dicendum est quid sit actus ut quid sit intelligere et quid sentire. nam actus et operationes secundum rationem diffinitivam sunt priores potentiis. si autem sic idest si prius est dicendum de actibus quam de potentiis. adhuc oportet considerare opposita idest obiecta tanquam priora his idest actibus utique propter eandem causam oportebit determinare primum de illis idest de obiectis quam de actibus ut determinandum erit prius de alimento et de sensibili et intelligibili que sunt obiecta dictarum potentiarum quam de ipsis actibus. Dubitaret forte aliquis quia non videtur prius esse determinandum de actibus quam de potentiis. nam actus fluunt et causantur a potentiis. ergo sunt posteriores in esse quam ille et posterius determinandum est de actibus quam de illis. Rursus priora non diffiniuntur per posteriora quare si actus sunt posteriores potentiis quia causantur ab illis ergo si volumus scire quid est unaqueque potentiarum non oportet prius determinare de actibus quia actus non debent esse diffinitivi potentiarum ex quo sunt posteriores illis. Dicendum quod duplex est prius quo ad nos et secundum naturam planum est enim priores esse actus potentiis quo ad nos. nam anima nostra tenet infimum gradum et tenet puram potentiam in genere intelligibilium sicut materia in genere entium quare sicut nullus actus in genere entium potest egredi a materia antequam informetur aliqua forma sive specie sensibili sic nullus actus in genere intelligibilium potest egredi ab intellectu priusquam informetur aliqua specie intelligibili. intellectus ergo non potest intelligere per se ipsum sicut nec materia agere sed si intelligit hoc est prout informatur speciebus aliorum obiectorum. species ergo ille prius ducunt in cognitionem obiectorum quorum sunt species et ducendo in cognitionem obiectorum ducunt in cognitionem actuum et deinde in cognitionem potentiarum ita quod potentie cognoscuntur per actus et actus per obiecta. actus enim immediatius comparantur ad obiecta quam potentie eo quod potentia tendit in obiectum mediante actu quare si prius cognoscimus obiecta oportet per ea prius cognoscere actus quam potentias. igitur quo ad nos actus sunt priores potentiis et ex hoc volunt aliqui sumere rationem sufficientem quod potentie diffiniuntur per actus non quia actus sint priores secundum naturam sed solum quo ad nos hoc tamen non sufficiens dicit quis tunc substantie diffinirentur per accidentia et haberent diffinitionem per additamenta cum nostra cognitio incipit a sensu et sensibiliora sint nobis accidentia quam substantie. Sciendum quod actus etiam secundum naturam sunt aliquo modo priores potentiis. nam cum semper causa sit prior causato secundum naturam cum duo aliqua secundum philosophum quinto metaphisice sic se adinvicem habere possint quod unum est causa alterius et econverso ut potio est causa sanitatis et sanitas est causa potionis non est inconveniens aliqua duo sic se habere quod secundum naturam unum est prius altero et econverso. hoc ergo modo se habent actus et potentia. Nam potentie sunt cause actuum in genere cause efficientis sed quia ipse ordinantur ad actus tanquam ad finem actus sunt causa potentiarum in genere cause finalis sunt ergo actus secundum naturam priores potentiis non secundum esse sed secundum intentionem nature inde est ergo quod quia po

tentie sunt quasi quedam organa ipsius anime
per que exercet suos actus cum organa maxi-
me diffiniri habeant per opera ad que ordinā
tur bene dictum est quod dicit in littera vide-
licet quod si scire volumus quid sit vnaqueq̄
istarum potentiarum. primo sciendum est quid
sit actus habent enim potentie diffiniri per ip
sos actus tanquam per suum finem ⁊ tanquā
per ea que sunt priora intentione nature. Op
posita autem hiis non est difficile soluere. nā
cum dicitur potentias causas esse actuum. ve
rum ē in genere cause efficientis actus. tamen
sunt causa potentiarum in genere cause finalis
⁊ secundum hoc possunt diffinire eas quod ve
ro addebatur quod nihil diffinitur per suum
posterius patet quod licet actus secundum na
turam sint posteriores in esse. sunt tamen prio
res secundum nature intentionem ⁊ vt prio-
res sunt possunt esse diffinitum potentiarum.

Ulterius forte dubitaret aliquis vtrum
actus distinguantur per obiecta ⁊ vtrum pri-
us determinandum sit de obiectis quam de
actibus ⁊ videtur quod non quia potentiarū
anime quedam sunt actiue quedam passiue.
actiue vt nutritiua augmentatiua. passiue vt
potentie sensitiue ⁊ etiam ipsum intelligere est
quoddam pati. obiecta vero licet habeant ra-
tionem cause respectu actuum potentiarū pas
siuarum. tamen respectu actuum potentiarū
actiuarum non habent rationem cause sed po
tius econuerso. nam obiecta nihil causant in
potentiis actiuis secundum quod huiusmodi
sunt sed magis ipse potentie causant aliquid in
obiectis non ergo est vniuersaliter verum quod
actus diffiniatur per obiecta. quia in potentiis
actiuis magis videntur debere diffiniri obie-
cta per actus quam econuerso. Dicendum
quod obiecta sunt priora actibus ⁊ potentiis
quo ad nos. nam vt dicebatur in precedenti p
facta questione anima cognoscit seipsam cogno
scendo alia procedit enim anima i cognoscendo
seipsam quasi modo resolutiuo. nam potentie
egrediuntur ab anima ⁊ a potentiis egrediun
tur actus ⁊ mediantibus actibus fit progressus
ad obiecta anima tamen primo cognoscit ob-
iecta ⁊ per obiecta actum ⁊ per actus potenti-
as ⁊ per potentias cognoscere potest suam sub
stantiam ⁊ naturam. Rursus obiecta non
solum sunt priora quoad nos sed etiā sunt prio
ra quo ad naturam quia sunt aliquo modo cau
sa respectu actuum siue illi actus sint potentia
rum actiuarum siue passiuarum. nam actuū
potentiarum passiuarum obiecta sunt causa i
genere cause efficientis quia illos efficiunt et
etiam sunt aliquo modo causa in genere cause
finalis quia huiusmodi actus ordinantur ad
ipsa obiecta. ergo nulli dubium est obiecta potē
tiarum passiuarum esse priora actibus cū sint
priora ⁊ quo ad nos ⁊ etiam secundum naturā
planum est ergo quod tales actus distinguunt
⁊ diffiniunt per obiecta a quibus recipiunt eē
⁊ spēm. Amplius etiam obiecta potentiarū
actiuarum sunt priora actibus non solum quo
ad nos sed etiam aliquo modo secundum na-
turam. nam licet obiecta non habeant ratio-
nem cause in genere cause efficientis tamen vt
cōmuniter ponitur ⁊ vt potest haberi a philo
sopho primo ethi. habent rationem cāe in gene
re cāe finalis. vnde dicitur primo ethicorum
quod quibuscunq̄ preter opationem sunt aliqua
opata ipsa sunt fines opationum omnis ergo
operatio transiens in exteriorem materiā quia
ex tali opatione ꝯstituit aliquid opatum in re
eē oportet ipsum opatum esse finem opationis vt
domus est finis edificationis. itaq̄ si potentia
nutritiua ⁊ augmentatiua sunt potentie acti
ue ⁊ aliquid efficiunt in ipsum obiectum vt in ali
mentum erit alimentū transmutatum ⁊ con-
uersum vt requirunt tales potentie. finis ope-
rum dictarum potentiarum quare sicut poten
tie distinguunt per actus quia actus sunt prio
res eis quo ad nos ⁊ etiam secundum intentio
nem nature quia sunt earum finis sic et actus
etiam potentiarum actiuarum habent diffini
ri per obiecta quia illa obiecta sunt priora quo
ad nos ⁊ etiam sunt eorum finis. Quod autē
obiciebat in cōtrarium solutū est p iam dicta.

Deinde cum dicit quare primo de alimē-
to exequit de huiusmodi potentiis. fm modū
ꝯparatum ⁊ quia quatuor sunt ille potentie secun
dum quas sumunt diuersi gradus aiatorū. io
quatuor facit quia primo determinat de vegeta
tiuo. so de sensitiuo tertio de itellectiuo. quar
to de fm loca motiuo. sa ibi determinatis aūt
his dicamus. tertia i pricipio tertii quē qdā icipi
unt ibi q̄ aūt nō sit sēsus qdā vo ibi qm̄ aūt duab⁹
diis. qdā aūt ibi de pte aūt aie quid tū de hoc sit
tenendū i ꝓsequēdo patebit. quarta aūt ps vbi
determinat de fm locū motiuo incipit circa fi
nē tertii ibi de mouente aūt quidē. circa primū
tria facit quia prio ait primū determinandū esse
de vegetatiua potētia. so quedā que supposue
rat ꝓbat. tertio incipit ꝓbare vel determinare
d ipsa potētia vegetatiua. sa ibi naturalissimū
n. tertia ibi quoniam aūt eadē potentia ꝯtinet aūt sic
dictū ē prius determinādū eē de obiecto ⁊ actu
q̄ de potētiis ⁊ rursus quia prio determinandū
ē de obiecto ⁊ actu potētie prioris q̄ posterio-
ris quia si sic ē primo dicēdū ē de alimēto q̄ ē ob
iectū vegetatiue pōe et de gnōne q̄ ē act⁹ eius.
nā vegetatiua aia iest prīa aliis ⁊ vegetatiua q̄
ē potētia aie fm q̄ iest viuere viuētib⁹ cui⁹ opa
sūt generare ⁊ alimēto vti huiusmōi vz pōa est
maxie cōia prio ergo dicēdū ē de ipsa. Dein
cū dic naturalissimū. n. qdā q̄ supposuerat ꝓbat sup
posuerat. n. q̄ pōa cui⁹ ē gnāre ⁊ alimēto vti ē
maxie cōis viuētib⁹. Rursus supposuerat h⁹ i
pōam eē ipsius aie pp q̄ sequit q̄ h⁹ i opa ipsi aie
sint attribuēda. tria g⁹ facit quia p⁹ ꝓbat gnāre eē
maxie cōe viuētib⁹. so q̄ ondit h⁹ i opa q̄ sit gnā
re

re alimēto vti ꝛc. h⁹ l eē ab ipa aīa. ftio ex hoc i probat opiniones quorūdam nō attribuētium talia opera anime nec potētijs eius sed dicentium hoc esse ex necessitate materie vel ex natura alicuius alimēti. fa ibi est aūt anima. tertia ibi emp. aūt circa primuz duo facit secūdū ꝙ dupliciter ꝓbat generare esse quid cōmune fa ibi omnia .n. illud appetūt. dicit ergo operꝫ viuentib⁹ .i. inter opera que ꝯpetunt viuentibus naturalissimū est supp ipm generare ꝛ ga est naturalissimū. ideo est valde cōmune. ideo subdit ꝙ quecūqꝫ viuētia pfecta ꝛ nō orbata āt habent generationē spontaneā possunt facere alterū quale ipm idest possunt generare vt animal qdem facit animal planta aūt plantam ꝛ hoc faciūt ꝛ sic generāt quatenus huiusmodi generabilia fm ꝙ possunt participent ipo semper esse ꝛ ipo esse diuino ꝛ imortabili. Notandū aūt vim generatiuā fm phm esse datā rebus vt generabilia que in se ipsis perpetuari possunt ꝑpetuent aliquo mō in suo simili ꝛ ꝑticipent ipo semp esse diuino ꝛ imortabili.

Posuit .n. phūs mundū nūqꝫ defficere iō absolute loquit dicens ad generabilia p generationē posse habere semp eē non in se sed i suo simili. Notandum ēt opera vegetatiue esse generare nutrire ꝛ augere inter. que opera generare est pfecti⁹ quare sic .h. ē sic cōmune aīa cōmuniora sunt de omnibus ergo operib⁹ vegetatiue ē determinādum prius quam de operibus potentiarum aliaruz ex quo huiusmodi opera ꝯuenit esse sic cōmunia. Notandum etiam ꝙ ait generare sibi simile quecūqꝫ viuētia sunt pfecta ꝛ nō orbata aut habent spontaneā generationē. nam secūdum ꝯmentatorē sd. h. ꝙ aliquod animatū generet tria requiruntur. primo ꝙ sit pfectum ꝯtum ad tempus ideo pueri ꝛ quecūqꝫ animata non sunt pfecta fm tempus non generant. scdo debet eē non orbatū .i. nō diminutum aliquo mēbro vel ipeditū aliqua occasione. tertio debꝫ nō habere generationē spontaneā .i. nō debet esse generatum ex putrefactione. naꝫ animalia generata ex putrefactione nō generāt dicuntur enim talia habere generationē spontaneā quia videntur per se ipa generari eo ꝙ non habent generans ꝓprie speciei. vnde ꝯmentator appellat talia generari per se. Deinde cuꝫ dicit omnia enim sua appetunt adducit scdam rationē dicens ꝙ omnia appetunt illud .s. participare esse diuinū ꝛ ꝑpetuari inesse ꝛ illius cā agunt omnia quecūqꝫ agunt secūdum naturā ꝛ distinguit de fine dicens ꝙ illud autem cuius cā fit aliquid est duplex. h. qdem cuius cā fit vt finis extra .i. vt finis non inherēs illud vero quo ē aliqd vt forma ꝛ finis intra. ipe ergo deus est finis propter quoniā omnia agunt tāquam id cuius gratia sunt omnia non tamē tāquam finis inherens ꝛ depēdens sed ipm eē ꝑticipatur a rebus ē finis ꝓpter ꝙ omnia agunt tāqꝫ

q. 35

finis intra ꝛ tanquam id quo formaliter sunt omnia. si ergo sic omnia appetunt esse diuinuꝫ quoniam generabilia ꝛ corruptibilia nō possunt cōmunicare ipo semp eē. ꝛ diuino ꝯtinuatione .i. ꝯtinue ꝓpter id quod nihil corruptibilium idem ꝛ vnum numero pōt pmanere se eundum ꝙ potest participare diuinum esse sic vnūquodqꝫ cōmunicat ipm. hoc qdeꝫ magis illud vero minus qꝛ quedam sunt ꝛ viuūt magis quedam vero minus nihil tamē generabiliuꝫ idem numero semp est iō data est eis virtus generatiua vt ꝙ nō potest ꝯtinuari ideꝫ numero ꝯtinuetur idem spē ideo subdit ꝙ gnābile nō pmanet idem sed vt idem .n. nā numero qdem nō manet vnū ꝛ idem spē aūt manet vnū ꝛ idem. Notandum aūt hanc rōnem differre a prima qꝛ pria arguebat generare esse qd cōmune qꝛ est naturalissimuꝫ ꝛ ꝯpetit omnib⁹ viuētibus nō orbatis .h. aūt probat generare eē quid cōmune. qꝛ ordinat ad .h. vt generabilia ꝯtinuent inesse ꝙ omnia appetunt. est ergo hec ratio alia ab illa ꝛ ēt est eius fulcimētuꝫ ꝓbatur .n. h. ꝙ ibi supponebat dicebatur .n. ibi. ꝙ planta generat plantā ꝛ animal animal vt possint ꝯtinue participare diuinū esse hic autē reddit illius cā vbi ostendit oīa appetere ꝑticipationē ꝯtinuam diuini ipsius eē ꝛ qꝛ. h. fit per generationem ideo vis generatiua collata est rebus.

lec. 9

q. 36

Est autem aīa viuentis corpis ꝛc.

Postqꝫ phūs ꝓbauit ꝙ generare ē quid valde cōe ꝓꝓ ꝙ attribuēdū est cōmuni potentie .s. vegetatiue i parte ista vt dicebat ostendit huiusmodi opera eē ab ipa anima. ītendit aūt talem rōnem ꝙ est forma ꝛ finis et motor corporis est causa et principium operum que fiunt in corpore. ꝛ per corpus anima ē huiusmodi ergo ē cā ꝛ principium ipsius augumētationis ꝛ generationis ꝛ ceterorum talium que fiunt i corpore vl p corpus virtus aūt totius rationis huius in .h. cōsistit ꝙ anima est finis forma ꝛ motor corporis duo ergo facit quia primo ait animā sic eē i triplici gnē cause respectu corporis. fo ꝙ dixerat ꝓbat ibi ꝙ qdem igitur. dicit ergo ꝙ aīa est cā ꝛ principiū viuentis corporis sed. h. s. cā ꝛ principiuꝫ multipl'r dicunt qꝛ quadrupliciter aūt anima licet nō fm omēs .iiii. modos sit causa corporis tamē fm tres determinatos modos dicitur causa eius ꝛ enim est ipa anima causa vnde motus idest est mouens causa respectu corporis ꝛ est cuius causa idest finis eius ꝛ tertio anima est cā animatorꝫ corporꝫ sicut substātia idest forma substantialis. Deinde cum dicit ꝙ qō igt ꝓbat ꝙ dixerat circa ꝙ tria facit secūdum ꝙ probat animā eē in triplici genere cause. primo enim ꝓbat ipsam esse cām formalem. fo finalē. tertio mouētē. fa ibi manifestū ē aūt. tertia ibi at vō ꝛ vnū prin^m. circa primū

q. 37

dito facit secundum q̃d dupliciter probat ani
maz esse formam corporis. secunda ibi amp̃.
autem. dicit ergo quod quidem igitur sit sicut
substantia idest sicut forma substanitalis corpo
ris manifestum est quia substãtia idest forma
substãtialis est omnibus causa ipsius esse omne
enim eẽ. ẽ a forma ꝛ quicquid est causa rebus
quantum ad ipsum esse est forma rerum sed vi
uere viuentibus est esse ꝛ anima est cã ꝛ princi
pium horum. s. viuentium ꝙ sint ꝛ viuant er
go est eorum forma. Deinde cũ dicit amp̃
autem adducit secũdam rõem. dicens ꝙ amp̃
autem anima est rõ ꝛ actus eius quod est i po
tentia idest corporis quod est potentia vitam
habens. ẽ ergo anima forma eius q̃ quod est
ratio ꝛ actus alicuius est forma ipsius. De
inde cum dicit manifestum autem probat ani
maz eẽ cãm finalem respectu corporis: circa q̃
tria facit q̃ primo probat animã eẽ cãm finalẽ
corporis quod informat. 2o probat ipaz esse quo
dãmodo finem oium corporum phisicorum. tertio
ne laboret in equiuoco distinguit de fine. scda
ibi ꝛ sm naturam. tertia ibi dupliciter autem
dicit ergo manifestũ est aũt ꝙ anima est causa
cuius gratia alia sunt idest est causa finalis q̃
sicut itellectus idest sicut ars facit aliquid gra
tia huius. i. propter finem eodem modo natu
ra operatur gratia alicuius ꝛ. h. est finis ipsius
cuius gratia operatur hoc autem cuius gratia
operatur natura in animalibus ẽ anima. aĩa
ergo est finis aĩalium vel est finis corporũ aĩa
torum. Deinde cum dicit. Et secũdum na
turam ostendit animaz quoddãmodo esse finẽ
subdit quod appetitiuū āt nō est sine fant. fan
ta. āt oīs est rōnalis vt in hominibus aut ē ſſibil
vt in aliis aīibus. iō sequit quod. h. quidē igi
tur. i. fanta. ſſibili ⁊ alia alia pticipant. No
tandū āt quod vt cōiter poīt sicut supꝛ ꝑhūs
sub intelligentia ꝯphendebat fan. ita in. h. loco
sub fanta. ꝯprehendit intelligentiā. nam fant.
dicta ē ab appārere ⁊ qꝛ ꝑ rōem et intelligen
tiaꝫ nobis apparent aliqua pñt. h. largo mō di
ci fanta. in hoibus itaq̄ꝫ ē fanta. rōalis qꝛ i eis
ē rō ⁊ intellectus. sed in aliis ē fanta. ſſibil tm̄
qꝛ rōe ⁊ intellectu nō pticipant. Notanduꝫ
ēt quod cum oībus alibus quibus inest ſm lo-
cum motū insit appetitus ⁊ fanta. vel rōnal
vel ſſibilis oīa h⁹ i alia poterūt moueri ꝑ fan-
ta. ⁊ appetitū. Deīn cū dicit ꝯsiderandū autē
mouet spālī ꝯōnem de motu aliūm impfecto
rū quid sit ibi mouēs ⁊ quomodo in eis habet
eē fanta. dicens ꝙ ꝯsiderandū āt ē et de ipfect
aīibus qđ est mouens in eis quibus aīibus ip
fectis inest solū ſsus tactus vtꝝ ꝯtingat fanta.
⁊ ꝯcupiscentiam ineē his aut nō ⁊ subdit ꝙ vīꝫ
n. leticia vel tristicia in eē talib⁹ aīibus. si aut
h. ⁊ ꝯcupiscentiam necesse ē eis i eē ⁊ qꝛ. h. non
pōt eē sine fanta. iō dubiū ē quō eis vtriq̄ꝫ ierit
fanta. ⁊ soluit ꝙ vt sic mouent indefiate ⁊. h.
quiđ eis indefiate insunt. Notandū āt ꝙ alia
pfecta hn̄t fanta. defiatam qꝛ defiate apphen

dūt locū ad ꝗ̄ volunt fugere si sentiāt aliquid
nociuum vel ad quē volunt tendere si credunt
aliquid pficuum ⁊ non solum ꝑ accñs sicut ap
pes redeūtes ad domiciliū ꝓpriū ex actuali ex
ercitio in quo extitit. sed ēt ꝑ se alia pfecta hn̄t
fanta. talem defiatam. ſꝫ alia impfecta indefi
natam hn̄t fanta. nam cum pungūt retrahūt
se vt fugiant nociuū nō quod defiate apphen-
dant aliquē locū ad quē moueri volunt quare
sicut indefiate mouent sic indefiatam hn̄t fan
ta. Deinde cum dicit ſſibilia quiđ igit spālit
descendit ad hoies quō mouent ꝑ fanta. ⁊ ap-
petitū. ad cuius euidentiā sciri dꝫ quod vt di-
cebat fanta. in hoibus differt a fanta. alioꝝ
aīium. qꝛ in aliis aībus est solū fanta. ſſibilis
Sed in hoibus est fanta. rōnalis ita ꝙ in eis
sub fanta. possumus ꝯphendere rōem et intel-
lectum. mouent. n. hoies non solū ꝑ appetitū
⁊ fanta. ſſibilem. sed ēt mouent p appetitum
⁊ fanta. rōalem. i. per appetitum ⁊ rōem. tria
ergo facit. nam primo ondit quō fanta. in hoi
nibus differt a fanta. in aliis aībus. ſo decla-
rat quō in hoibus ē mouens appetitus. tertio
manifestat quō in eis est mouens rō. ſa ibi vi
cit āt. tertia ibi scientificū aūt. dicit ergo ꝙ ſſi
bilia quidem igit fanta. sicut dctm̄ est inest ⁊ in
aliis aīibus ab hoie. sed deliberata fanta. i. rō
nabilis est in aīibus rōalibus tm̄. nam delibe
rare vtrum sit agens. h. aut hoc iam est rōnis
opus ⁊ necesse ē mensurare vno aliquo imitat
n. sic agens maius elligibile quare sic agens
pōt ex plibꝫ fantasmatibꝫ facere vnū per sillo
gismum ⁊ subdit ꝙ. h. cā eius quod alia bru-
ta non opꝫ putari habere opīonem qꝛ̄ brutū
non hꝫ eam rōem que ē ex sillō. sed. h. i. aīalia
rōalia illam supra rōem hn̄t ꝓpter ꝙ qꝛ aīalia
bruta non hn̄t talem rōem appetitus in eis n̄
hꝫ deliberatiuū. Notandū autem ꝙ ſꝑ fan-
ta. ⁊ rō deliberatia accipit vnum aliquid quo
mensurat alia vt accipit deliberatia rō. h. prici
pium maius bonū ē magis eligendū quo prin
cipio accepto si occurrant ei aliqua duo bona
mensurabit illo principio vtrūq̄ꝫ illoꝝ bonorū
et ꝙ credet magis bonū magis elligenduꝫ fa-
ciet ergo ex pluribus vnum sillm̄ magis bo-
nuꝫ ē magis eligibile. h. ē magis bonū. ergo est
magis eligendum ita ꝙ rō in vno aliquo prin
cipio mensurabit oīa elligibilia ⁊ appetitus i
mutabit ⁊ desiderabit magis eligibile. Dein
de cum dicit vincit aūt ondit quō appetit⁹ sit
mouens in hoibus. nam cū i hoie sit duplex ap
petitus ſſitiuus ⁊ intellectiuus. h. mō ē appe-
titus mouens in hoibus inquantū vnus appe
titus vincit ⁊ trahit aliū sicut vna spera celest
mouet ⁊ trahit aliam. iō sit ꝙ vincit aūt aliū
⁊ mouet appetitus ſſitiuus deliberatōnem. i.
appetitū deliberatiuū aliū autē econuerso. h. ē.
appetitus deliberatiuus mouet ipm ſſitiuum
ꝯtingit. n. aliū ꝙ appetitus deliberatiu⁹ seipm
i. ꝑ seipm mouet ipm ſſitiuū qꝛ sicut spera ce-

lestis mouet aliā sperā sic appetitus superior mouet appetitū inferiorē. s. h. cū aliqs ē in ptinentia. s. in abstinentia qr continet ⁊ abstinet exequit̄ qꝫ nā āt spera que ē sursū ē principalior ⁊ mouet ita vt in ibus latōib⁹ moueat. No. āt qꝫ naturalr̄ semper pars sꝑior dꝫ eē principalior ⁊ dꝫ mouere inferiorē sicut apparet i celo vbi semper spera superior mouet inferiorē nū qꝫ āt inferior mouet superiorē in hōībꝫ ergo alam hn̄ ordinatā reseruat in eis ordo nālis ita qꝫ appetitus intellectiuus ⁊ deliberatiuus mouet appetitū sēsitiuū sed in bestiibus alam puerā sā sēsitiuū mouet intellectiuū D. s. a. quō ptingit tribꝫ latōibꝫ moueri vtꝫ. h. sit dcm̄ de celo vel de hoie. Nō qō de vtroqꝫ vm ē. nā spera inferior vt qōlꝫ differens corpus planete saltem mouet tribꝫ latōibꝫ qr mouet motu primi mobilis motu octaue spere ⁊ motu pprio. sic appetitus nr̄ inferior sēsitiuus pt moueri tribus latōibꝫ vl' tribꝫ motibꝫ qr pt moueri a rōe ab appetitu intellectiuo ⁊ a seipo. imo quotiēs cūqꝫ appetitus inferior sēsitiuus mouet sicut dberet qn̄ pcurrūt ibi isti tres motus nā rō mouebit appetitū intellectiuū appetitus intellectiuus mouebit sēsitiuū. sꝫ mouebit sēsus appetitiuus ab intellectiuo put ē aptus natus moueri ab eo qr pcurret ibi triplex motus vꝫ motus rōnis motus appetitus intellectiui ⁊ ēt motus pprius appetitus sēsitiui cū iste appetitus moueatur a sꝑiori appetitu put aptus natus moueri ab illo. Intentio ē ergo phi qō in hōībꝫ alam hn̄ ordinatā latōes ⁊ motus exntes in eis assimilāt latōibus ⁊ motibus in celo repertis. Deinde cū dicit scientificū āt ondit quō rō hꝫ rōez mouēdi ⁊ ē mouens in hoie. Ad cuius euidentiā sciri dꝫ qꝫ qn̄tū ad pn̄s spectat triplex pt distigui rō vꝫ speculatiua ⁊ practica ⁊. h. duplex vlis ⁊ particularis. rō āt speculatiua non mouet nec ēt directe ⁊ imediate mouet rō pratica vlis sed particularis. i. aut scientificū aūt. i. rō speculatiua non mouet sed manet qr nō ipera t aliqd fugiendū nec psequendū ⁊ subdit qn̄ aūt h. quid estimatio ⁊ rō practica ē vlis alia uero particularis. h. qdem. i. rō practica vlis dicit qō opꝫ tale ⁊ tale agere vt puta pr̄ honorādus est. regi ē obediendū. h. āt. i. rō practica particularis dicit qꝫ. h. qdem ē tale ⁊ ego talis vt puta vt. h. est meus pr̄ ⁊ ego suꝫ suus filius. h. ē meus rex ⁊ ego sum suus subditus. ⁊ qr sic ē h. opinio particularis mouet n̄ aūt sic mouet q̄ est vniuersalis qr motus ⁊ opatiōes sunt circa particularia non ergo directe ⁊ immediate mouet vlis rō practica aut si mouet vtraqꝫ tā vlis qꝫ particularis. Sed tn̄. h. qdem. i. vlis ē magis qescens. h. āt. i. particularis non est sic qescens sed ē magis mouens. No. aūt qō sicut fuerit silli in speculabilibus sic fuerit in operabilibus formabit ergo rō practica talem sillm cuilꝫ regi ē obediendū hic ē rex ergo ē ei obediendū qꝫdiu ergo stat in hac ppōne vniuersali qꝫ cuilꝫ regi ē obediendū nō mouemur ad agendū. Sed qn̄ addit ei ppō particularis h. est rex mouemur ad agendū ⁊ ad obediendū si ergo vlis ppō non mouet nisi addat ei particularis. particularis ppō vel rō ē illa que directe ⁊ imediate mouet. Notandū etiā qꝫ qr actōes sūt particulariū ⁊ qr estimatio particularis magis directe ⁊ imediate mouet dato qꝫ quis non erret circa estimatōem vlem sꝫ ex passione vel aliquo alio mō erret circa particulare ptingit ipm peccare ⁊ male agere vt declarari hꝫ in. vij. ethi.

Vegetabilem qdem ⁊c. Postqꝫ phūs defiuit de oibus partibus potentialibus aie siue de oibus potentiis eius. In pte ista pparat h⁹t potentias ad seinuicem ppat. n. vegetatiuum ad sēsitiuū ondens vegetatiū eē cōia ⁊ vlius sēsitiuo qr vegetatiū reperit in oibus viuētib⁹ sensitiū vero nō reperit in oibus viuentibus. Sed in oibus aialibus. tria ergo facit. nā primo ondit qꝫ vegetatiū reperit in oibus viuentibus. secundo declarat qꝫ sensitiū non reperit in oibus viuentib⁹. tertio manifestat qꝫ sensitiuū reperit in oibus aīibus. secunda ibi sēsuꝫ āt. tertia ibi aial āt. dicit ergo qꝫ vegetabilem qdem igit alam necesse ē habere oēe quodcūqꝫ viuit ⁊ aiam huius vegetabilē hꝫ a generatōe vsqꝫ ad corruptōem qr qꝫ generat necesse ē hēe. Augumentū statū et detrimentū. h. autē nō sunt sine alimento. tūc ergo supplenda ē rō qꝫ si alimento vti ptinet ad aiam vegetatiuaꝫ ⁊ omnia viuentia qꝫdiu viuunt siue hēant augumentū siue statū siue decrementū indigent alimento. ergo omnia viuentia qꝫdiu viuunt indigent aīa vegetatiua. Dubitaret. f. a. vtꝫ in viuentib⁹ sit dare statū ⁊ vr̄ qꝫ nō qr calor naturalis sp depascit humidū radicale vel ergo calor ille fortis ē ⁊ tūc plꝰis restaurat quā depdat ⁊ ē ibi augumentū vel nō ē fortis ⁊ tūc minus restaurat qꝫ depdat ⁊ ē ibi decremētū ⁊ qr inter fortē ⁊ nō fortē nō ē dare mediū. ergo totum tps vite oium viuētiū vel ptinet ad augumentū vel ad cremētū ⁊ non ē ibi dare mediū. pterea si eēt ibi dare statum qꝫ tn̄ restaurat qꝫtuꝫ deperderet vocet illud tps qꝫdiu durat status. a. ergo in fine hu⁹ tpis a nō erit debilior calor naturalis qꝫ in principio. cū sp i toto illo tpe tanta sit facta restauratio qꝫta deperditio ergo quast rōe i principio huius tpis a n̄ decrescebat aīs vel quodcunqꝫ aliud viuens pari rōne nō decresceret i fine illius tpis. imo si per vnā diem duraret tps status nūqꝫ decresceret aial vel quodcunqꝫ aliud viuens qr hoc posito sp par rō esset de fine illius diei. Et de principio qr siue in principio illius poterat stare per vnā diem qꝫ nō decresceret. ergo ⁊ i fine illius diei stabit per vnā diem qꝫ nō decresceret ⁊ pi rōe i fine illi⁹ alti⁹ diei stabit p aliā diē quod

q̄ si d̄scresceret ⁊ ita in infinitū ergo nō q̄ d̄cresceret aial si per aliquod t̄ps q̄ntūcūq̧ paruū eēt in sta tu. Vn̄ q̄ q̄ndiu ossa sunt tenera ⁊ q̄ndiu calor naturalis ē fortis ſſibiliter augmentat̄ aial. deficiente vero calore naturali cum ſſibiliter decrescit aial vel quodcūq̧ aliud viuens dicitur eē t̄ps d̄crementi qn̄ aūt nō est ſſibile augmentū nec ſſibile decrementū d̄r eē t̄ps status. argumenta ergo p̄cedebant q̄ nō erat dare t̄ps status q̄ non erat per se dare t̄ps in quo non eēt. vel aliquale augmentū vel aliquale decrementū. nos āt nō accipimus t̄ps status p̄ p̄uatōe cuiusl3 augmenti vel decrementi. s3 dicimus eē statū qn̄ animal ſſibil̄r nec augmentat̄ nec decrescit. Deinde cū dicit ſsum āt ōndit q̄ nō oīa viuentia h̄nt ſsum dicēs ſsum aūt nō necesse ē inesse oībus viuentibus ⁊ multomagis nō inē nō viuentibus q̄ nō inest eis h̄ntibus corpus simplex nec inest aliis mixtis vt lapidibus ⁊ ceteris huiusmōi in q̄bus nimis dominat̄ terra. iō subdit q̄ nec. n. quorūcūq̧ ē corpus simplex p̄tingit h̄re tactum n3 sine h̄ i. sine tactu possibile ē eē nullū aīal nec possibile ē eē aliquez ſsum ergo ſsus nō inest h̄ntib⁹ cor⁹ simplex nec h̄nt ſsum quecūq̧ nō sunt susceptiua sp̄ērum sine mā. i. quecūq̧ sūt nimis terrestria vt lapides ⁊ h⁹i cetera. No. aūt q̄ per h. verba innuit tria eē genera nō h̄ntium ſsum nam ſsum non h̄nt quedā viuentia vt plante. s̄o ſsum nō h̄nt h̄ntia corpus simplex vt elemē ta. tertio non h̄nt alia mixta que sunt nimis terrestria vt lapides ⁊ cetera talia. Notandū ē q̄ vna est cōis rō quare oībus talibus non inest ſsus. nam talibus nō pōt inesse ſsus tactus nam tactus ē media p̄portio qualitatū tāgibilium. In oībus aūt talibus sunt qualitates tāgibiles quodāmō extreme ⁊ non sunt bn̄ reducte ad mediū. iō in ip̄is nō reseruat̄ tactus ⁊ p̄ p̄ns nullus alius ſsus. Deinde cū dicit aial aūt ōndit q̄ in oībus aialibus h3 eē ſsus. circa q̄. d. s. q̄ primo ōndit. h. de oībus aialibus q̄ mouent̄ motu p̄gressiuo. s̄o ōndit. h. de oībus aialibus simpliciter ibi at vero si ſsum. circa primū. d. s. q̄ primo facit q̄ dc̄m ē. s̄o remouz quandā cauillatōem possibilem fieri circa p̄tacta ibi nō pōt āt. Dicit ergo q̄ necesse ē autez aīal h̄re ſsum si natura nihil frustra facit nam p̄pter aliquid. i. p̄p aliquē finē sunt omnia que nā subsistūt aut sunt p̄ntia eor̄ que sunt p̄pter aliquid. i. p̄p finē. si igit̄ nō h3 ſsitiuū oē corpus p̄cessiuū corrūpet̄ vtiq̧ ⁊ non veniet ad finē q̄ ē nāe opus. nā quō aleret̄. i. quō ibit ad alimentū corpus aialis p̄cessiuū nisi haberet ſsitiuū. sed de manentib⁹ ē alia rō. iō subdit q̄ manentib⁹ q̄dem. n. existit in loco sue generatōis vbi nata sunt nutriri. Notandū āt q̄ oīa que sunt nā vel sunt p̄pter finem sicut mēbra aīlis que sunt p̄pter aliquas opōnes vel sunt accn̄tia p̄ntia ad ea que sunt p̄p finem sicut pili ⁊ alie superfluitates que accidunt ex necessitate materie.

vel ex aliqua superfluitate eius. Notandū ē q̄ a natura datū sunt aīlī corpus p̄cessiuū vt a remotis possit sibi querere cibū igit̄ si habēs tale corpus non sentiret cū oporteat ip̄z discurrere huc ⁊ illuc ⁊ non sentiret cū obuiaret corruptio ⁊ ita de facili corrūpet̄ p̄pter q̄ non perueniret ad finē qui est nature opus vel nō perueniret ad finē illū quē ordinauit natura sibi q̄re frustra eēt tale corpus. s̄o ergo sic rō si aīal h̄ns corpus p̄cessiuū careret ſsu frustra eēnt membra eius ⁊ frustra eēt corpus ip̄ius. s3. h. ē ip̄ossibile q̄ natura nihil facit frustra ergo ⁊c.

Notandū ē q̄ alia manentia omnia ex q̄bus sunt apta nata nutriri h̄nt in loco sue generationis ita q̄ non indigent discurrere p̄pter cibū quare rō facta q̄ aīa h̄nt ſsitiū nō arguit de aīlibus manentibus sed de aīlis p̄cessiuis. Deinde cum dicit non pōt āt remouet q̄ndam cauillatōem possibilem fieri circa p̄tacta dixerat. n. q̄ aīl h̄ns corpus p̄cessiuū indiget sensu vt possit vitare corruptiua circa q̄ posset augeri cauillatio q̄ aīl h̄ns corpus p̄cessiuū pōt h̄re intellectū sine ſsu ita q̄ p̄ intellectū absq̧ sensu poterit oīa corruptiua vitare ad hanc autem cauillatōem remouendam ait q̄ non pōt autē corpus h̄re quidez aīam ⁊ intellectū discretiū ſsum aūt non habere ⁊. h. dico si illō corpus sit mānsiuū. i. si illud corpus p̄cessiuum q̄ de tali est nunc sermo. ex p̄ns sit autem generale at vō nec si sit ingenerale quasi dicat q̄ siue ponatur generabile siue ingenerabile corpus aīlis p̄cessiuum si h3 intellectum op3 q̄ habeat sensitiū ⁊ subdit cām huius dicens quare āt tale corp⁹ h̄ns intellectum non h̄at ſsitiuū aut. n. h. erit melius aīe aut melius corpori. neutrum autez nunc ē q̄ h. quidem. i. aīa non magis intelliget hoc autez. i. corpus nihil magis erit p̄pter illud. i. p̄pter carentiam ſsus ⁊ q̄ nec ē meli⁹ corpori nec ē melius anime ponere corpus p̄cessiuum habere aīam intellectiuam sine ſsu iō p̄cludit q̄ nullum igit̄ corpus non mansiuū i. p̄cessiuum h3 aīam intellectiuam sine sensu

Dubitaret. f. a. q̄ v̄r Ar. sn̄ia esse falsa v3 q̄ tam corpus aīatum generabile q̄̄z ingenerabile si h3 intellectum h3 ſsum q̄ nullum corpus aīatum est ingenerabile. nisi corpus supercaeleste sed aīa celi sic h3 intellectum q̄ non h3 ſsum. vnde p̄ntem. supra. xij. metha. super illo e. mouet autem sicut desideratum ait q̄ manifestum ē corpora celestia eē animata ⁊ n̄ h̄nt d̄ virtutibus aīe nisi intellectiuam ⁊ desideratiuam. Dicendum q̄ nō est intentio Ar. loq̄ hic de corporibus sup̄celestibus. sed loquit̄ p̄p opionem platonis qui posuit q̄ aīa intellectiua p̄iungebat̄ huic corpori materiali ⁊ grosso mediāte alio corpore subtiliori ⁊ simpliciori q̄ corpus subtile ⁊ simplex dicebat eē ingenerabile ⁊ incorruptibile mouebat̄ forte plato hoc motiuo q̄ semp̄ forma d3 eē p̄portōnata materie ⁊ aīa corpi q̄ si aīa itellectiua ē icorruptibil̄

oportet quod habeat corpus incorruptibile. Da
to ergo quod vera esset positio platonis quod
anima intellectiua haberet suum corpus subti
le ⁊ incorruptibile mediante quo coniungere-
tur huic corpori grosso ⁊ corruptibili oporteret
illud corpus incorruptibile habere etiam sen-
sum quia nihil est in spera actiuorum ⁊ passiuo
rum quod non sit corpus tangibile et quanto
tale corpus est magis proportionatum anime
tanto magis est media proportio tangibilium
⁊ per consequens in ea magis reseruatur sen-
sus tactus quare sicut corpus humanum cor-
ruptibile quia magis est proportionatum anime
intellectiue quam corpus bruti habet melio-
rem tactum ⁊ in eo magis reseruatur sensus
tactus quam in aliis corporibus brutorum sic
quia illud corpus subtile mediante quo ani-
ma intellectiua coniungeretur huic corpori
grosso esset magis proportionatum anime in-
tellectiue quam hoc corpus corruptibile haberet
meliorem tactum ⁊ in eo magis reseruaretur
media rō tangibilium ⁊ bonitas tactus ⁊ nobi
litas complexionis quam in hoc corpore cor-
ruptibili. ergo corpus coniunctum anime itel-
lectiue siue sit corruptibile sicut est corpus gros
sū siue sit ingenerabile ⁊ incorruptibile sicut ē
illud corpus subtile d̄ quo loquebatur plato oꝫ
q̄ sibi intellectum q̄ habeat etiam sensum qd̄
declarare volebamus. Ulterius forte dubi
taret aliquis quia videt opinio platonis vera
fuisse. nam si materia est ꝓpter formam ⁊ cor
pus est ꝓpter animam videtur quod anime i
corruptibili debeat corpus incorruptibile vel
aliter anima ⁊ corpus essent improportionata
Dicendum q̄ semper actus ⁊ potentia in reb⁹
naturalibus sunt ꝓportionata siue ille actus ⁊
illa potentia sumant respectu esse vt apparet
in materia ⁊ forma siue sumant respectu agē
vt apparet in agente ⁊ patiente. hoc tamen nō
obstante pōt a cā necessaria ⁊ incorruptibili ꝓ
gredi effectus contingens ⁊ corruptibilis ⁊ for
me incorruptibili pōt coniūgi corpus corrupti-
bile nec opꝫ ꝓpter hoc quod anime intellectiue
que est incorruptibilis demus corpus incor-
ruptibile. videmus enim quod motus solis ē
necessarius ⁊ non pōt impediri ⁊ tamen ex ta-
li motu cātur pullulatio plante que impediri
pōt. Sed hoc ideo contingit quia virtus solis nō
cāt pullulationem plante nisi mediante virtu
te pullulatiua ⁊ quia virtus illa pullulatiua in
actu pōt impediri. Sequitur etiam quod pul
lulatio impediri pōt sic quia anima intellectiua
coniungitur corpori organizato ⁊ disposito ⁊ il
la dispositio est educta de potentia materie et
pōt tolli. sequitur quod etiam anima intellecti-
ua quantumcunqꝫ incorruptibilis pōt separari a
corpore ⁊ corpus illud potest corrumpi. nam si
cut a cā necessaria pōt ꝓgredi effectus contin-
gens mediante aliqua cā non necessaria. Sic
anima incorruptibilis pōt cōiūgi corpori corru

ptibili. Si coniungat̄ ei mediante dispositiōe
corruptibili. Deinde cum dicit at vero si sen-
sum ꝓbat vl̄r quod omne aīl habet sensum quia
de necessitate hꝫ sensum tactus. Circa qd̄ duo
facit quia primo ꝓponit quod intendit. secundo ꝓ
bat quod dixerat ibi hoc autem ex his dicit er
go at vero si sensum habet animal necesse est
corpus esse aut simplex aut mixtum. impossi-
bile est autē corpus animalis esse simplex quia
hoc posito tactum non haberet sed necesse est
animal habere hunc idest habere tactū. De
inde cum dicit hoc autem ex his ꝓbat quod di
xerat ⁊ duo facit fm̄ quod duo dixerat. dixerat
enim quod necesse est animal habere hunc sē
sum idest habere sensum tactus ⁊ quod impos
sibile est corpus eius esse simplex. primo ergo
ꝓbat quod necesse est omne animal habere sē
sum tactus. secundo ostendit quod impossibile
est corpus aliquod animalis eē simplex ibi qd̄
autem impossibile sit simplex. circa primum
tria facit. quia primo ostendit quod sensus ta-
ctus ⁊ etiam gustus inquantum est quidam ta
ctus sunt necessarii animali. Secundo decla
rat quod alia sensibilia non requiruntur ad nu
trimentum animalis nec ad augmentum
eius. tertio ex his que dixerat concludit quod
hii duo sensus. videlicet gustus ⁊ tactus sunt
necessarii alii vo n̄ sunt necessarii. secunda ibi
sonus autem ⁊ color. tertia ibi hii quidem igi-
tur. dicit ergo quod hoc autem videlicet quod
omne animal habeat de necessitate sensum ta
ctus ex his manifestari potest quoniam enim
animal est corpus animatum. corpus autem
omne tale est tangibile ⁊ est quid sensibile ta-
ctu idest fm̄ tactum ⁊ quia sic est necesse est ani
mal esse corpus tactiuum idest habere sensum
tactus. Si debet saluari animal. nam alii sen
sus sentiunt per media altera idest extranea ut
olfactus visus auditus. ideo secundum eos n̄
corrumpitur animal. Sed qualitates tangibi
les excellentes corrumpunt animal. ideo nisi
animal haberet sensum tactus non posset vita
re qualitates tangibiles corruptiuas ⁊ prose-
qui proficuas. corrumperetur enim ⁊ non pos-
set saluari hoc est ergo quod ait quod nisi au-
tem animal habeat sensum tactus non pote-
rit quidem fugere hoc idest fugere corruptiuū
⁊ accipere vero alia idest accipere proficua.
si vero sic se habet hoc non possibile erit sal-
uari animal. necessarius est ergo tactus ani-
mali ⁊ per consequens necessarius est ei gu-
stus quia gustus est quidam tactus ⁊ alimen-
tum est quoddam tangibile. ideo sequitur pro
pter quod ⁊ gustus est supple necessarius quia
est sicut quidam tactus alimenti alimentum
autem est corpus tangi possibile idest est sicut
quoddam corpus tangibile. Notandum
autem quod si corpus animalis non esset cor-
pus tangibile et non posset ledi a qualitati-
bus

bus tangibilibus forte non indigeremus ponere in animali sensum tactus. Sed quia animal haberet corpus tangibile quod potest corrumpi a qualitatibus tangibilibus ad hoc quod animal possit vitare corruptionem et ad hoc quod possit salvari sunt ei necessarius sensus tactus. Deinde cum dicit. sonus autem et collor ostendit quod alia sensibilia nō requiruntur ad alimentum nec ad augumentum animalis et per consequens non corrumpunt si salvant animal. ideo ait quod sonus autem et collor et odor non alunt animal. nec faciunt augumentum nec decrementum per se enim loquendo propter hoc quod cibus sit bene sonorus vel sit hoc collore vel illo colloratus vel hoc odore vel illo affectus non propter. h magis nutrit vel magis augumentat tactus ergo est sensus alimenti et etiam gustus inquantum est quidam tactus ideo ait quare et gustū necesse est tactum quendam esse quia gustus est sensus tangibilis et vegetativi. idest est sensus alimenti qui requiritur ad. h. quod animal vegetetur. et ad. h. quod allatur et quod tāgat alimenta. Deinde cum dicit hi quidem igitur ostēdit φ sensus gustus et tactus sunt necessarii animali. alii vero sensus per quos a longe sentimus sensibilia nō sunt necessarii. sz ad bene esse. circa φ duo facit. qz primo facit φ dictū ē. secundo ostēdit quō per alios sensus a longe et p mediū sentimus sensibilia ibi. h. aūt erit. Dicit ergo hi quidez igitur sensus vz tactus et gustus necessarii sunt animali quo. i. ꝓp φ et manifestū ē φ nō possibile sine tactu eē aīal nec ēt sine gustu inquātuz gustus ē qdam tactus alii autem sensus sunt ꝓp bonum idest ꝓp bene eē: et tamē nō cuilibz generi aīaliuz necesse ē inēē alios sensus sz necesse ē eos inēē quibusdaz aīalibus vt aīali ꝓcessiuo qz si oz salvari aīal ꝓcessiuuz nō solū oz sentire tactu. i. tāgendo sz ēt de longe. Notan̄ aūt φ vt pz p habita aīal ꝓcessiuum nō hz oīa necessaria ad suum alimētuz. Ideo indigz aliis sensibus ad h. qd de lōge et a remotis possit sibi q̄rere cibū.

Deinde cuz dicit. h. aūt erit ostēdit quō alii sensus fiant de longe qz fiūt p mediū. circa φ duo facit. qz primo facit quod dictū ē. secundo φ dixerat manifestat p simile ibi sicut. n. mouēs cō

tinuet aūt sic dictū ē φ necessarii sunt alii sensus aīali ꝓcessiuo. vt possit sentire de longe. h. aūt erit. i. tunc fiet sensus d longe si fuerit sentiuus p mediū eo φ id qdez. i. mediū patit et mouet a sensibili ipm aūt organū sensus patit et mouet a b illo. i. a medio. naz hoc mō fit sensus a lōge qz sensibile imutat mediū et mediū imutat organuz. Deinde cū dicit sicut. n. mouens φ dixerat manifestat p sile circa φ tria facit qz primo declarat p sile i motu locali. secundo i motu alterationis. tertio ex his q̄ dixerat ostēdit falsam fuisse opinionē platonis s. d. visuz fieri extra mittēdo nō intus suscipiēdo. secunda ibi sic i alteratiōe. tertia ibi visū et d repercussiōe dicit ergo φ sicut ei zmo

uens sm loca facit ꝑmutari vsqz alicubi. i. vsqz ad aliquē locū et depellens alterū facit vt ipz alterū pulsum depellat et ē motus huiusmōi p mediū ita φ primū qdem mouens depellit scdm et mediante scdo depellit. tertiuz quo posito hēbunt se illo hoc mō. qz primū qdem mouens depellit et nō depellit. vltimū aūt solū depellit et nō depellit mediū aūt hz vtraqz. i. depellit et depellit. multa aūt media simpl si fuerint. h. quidē ꝯtinget φ quōlibz illorum hēbit vtraqz depellit. n. et depellit. Notan̄ aūt qd phūs vult p ea que vidimus i motu locali declarare q̄ fiunt i sensu naz sicut si in motu locali primū depellit scdm et scdm depellit tertiū ē ibi aliqd depellēs tm̄ vt primū aliqd qdem depulsuz tm̄ vt vltimū aliqd depellens et depulsum. vt medium. sic qz sensibile alterat medium: Mediuz autem alteratū et imutatuz imutat organū ē ibi aliqd imutans tm̄ vt obm sensibile aliqd imutatū tantum vt organum aliquid φ ē imutans et imutatum. vt medium φ imutat organuz et imutatur ab obiecto. Notandum etiam φ. h. idem esset si fieret hoc per plura media. vt si quis existens in aere videret denarium in aqua color existens in denario. primo imutaret aquam et aqua imutata imutaret aerē aer vero imutatus imutaret oculum denarius ergo imutaret tantum oculus vero imutaretur tantum. aer vero et aqua imutarent et imutarentur. nam aqua imutaretur a denario et imutaret aerem. Aer vero imutaretur ab aq̄ et imutaret oculum. Notandum etiam quod ideo philosophus addit quod idem contingēt. si essent plura media. quia si volumus facere vim de exemplo. Possemus dicere qd oculus non se habet ut imutatus tantum ymo oculus imutatus habet imutare sensum communem. sed hec non facit difficultatem in facto nec est curandum in hac parte de exemplo quia oportet devenire ad aliquam potentiam que sit imutata tantum que non imutet vlteriorem sensum vel vlteriorem potentiam illa vero potentia se habebit vt vltimum qz erit imutata tantum. obiectum vero sensibile se habebit vt primum quia erit imutans tantuz cetera vero se habebunt vt media quia erunt imutantia et imutata. Deinde cum dicit sic in alteratione ostendit hoc idem dicens sic in alteratione contingit simple sicut in motu locali vel sicut in motu pulsus preter quod vnū et idem manens in eodem loco alterat non tamen vnum et idem manens in eodez loco pellit quia oportet pellens moveri aliquo modo sz locum vt si ceram aliquis tinxerit vel aliquid in ea imprimeret vel liquefaceret eam mota ē cera vsqz ad id idest vsqz ad illum terminum vsqz quo tinxit idest vsqz quo imutavit eam lapis autem nihil idest lapis non est susceptibilis talis impressionis sicut cera eo φ sit durior. Sed aqua que est molior vsqz

q° pcul.i.multo magis ē suscептibilis talis ipressiōis
ser sūt qz adhuc rarior ē ⁊ passibilior ad plurimū.i.multo magis ⁊ facit mouere.i. facit qđ
vna pars aeris moueat aliā ⁊ patiṭ vna pars
ab alia si maneat ⁊ sit vnus.i.ɔtinuus qz si vis
continuaret aer pp obstacula iterposita tunc
illa obstacula ipedirent.ne vna pars.i.mouēt
aliā.sz qñ manet vnus ɔtinuus pp hoc q̄ valde passibilis ē de facili imutaṭ ⁊ plurimū procul ⁊ a remotis ptes aeris se imutant adinuicē
Notañ aūt q̄ si qs tingeret cerā vel alteraret ipam aliqua alteratōe alteraret ipaz vsqz ad aliquē terminū ita quod ps primo alterata alteraret.ḟaný eēt ergo.vbi aliqđ alterātum tantū.vt ps vltimo alterata ⁊ aliquid tm̄
alterans vt primuz alterās ⁊ aliqua q̄ hñt
vtrūqz vt itermedia.ergo simile ē đ alteratōe
⁊ de imutatione facta a sensibili ⁊ de motu locali.qz in oībus his ē dare aliqđ q̄ imutat tm̄
⁊ aliqđ q̄ imutaṭ tm̄ ⁊ mediū vel media qđ
hz vel q̄ hñt vtrūqz. Notañ ēt q̄ si cera alteraṭ vsqz ad aliquē terminū aer ⁊ aqua q̄ sūt
passibiliora q̄ȝ cera multo magis poterūt imutari ab obō sensibili.vsqz ad aliquē terminuz
⁊ vsqz ad organuz visus obm.ergo sensibile multiplicabit spēm suaz p aerem vel p aquā vl p
aliqđ aliud mediū vsqz ad organū visus ⁊ per
huiusmōi media iprimet similitudinē suaz in
visuz ⁊ fiet visio. Deinde cū dicit vñ ⁊ de
repcussione ex his q̄ dixerat ōñdit opinionem
platonis fuisse falsū dicens.vñ ⁊ de repcussiōe
visus q̄ȝ posuit plato dicēs radios pgredi vsqz ad rem visaz ⁊ inde radios repcuti ad oculum ⁊ fieri visionē melius ē aerē pati a figura
⁊ colore vsqz quo qdem fit visus.i.fiat visio q̄ȝ
visum.i.radiū visibilē egrediētez ab oculo repcuti.vt ponebat plato ⁊ subdit q̄ i aere autē
leni.i.plano ē vnus supp̄ aer ɔtinu⁹ motus ab
oculo sensibili pp.h.q̄ hic vz aer motus iterū
mouebit visuz sicut vtiqz in cerā sigillū igrederet vsqz ad finē.i.vsqz ad vltimas ptes cere.
Notañ aūt q̄ nisi aer sit planus ⁊ ɔtinuus
ipediṭ ne imutetṭ ab obō sensibili.oz ergo superficiem aeris eē planā ⁊ nō discōtinuataz p obstacula aliqua ad.h.qđ ab obō sensibili fiat multiplicatio vsqz ad sensuz. Notañ ēt q̄ sicut
sigilluz igrediens cerā iprimit similitudinem
suā i cerā vsqz ad vltimā ptē cere sic obm sensibile multiplicat spēm suā vsqz ad oculuz ⁊ vsqz
ad vltimas ptes aeris q̄ ɔtinuāṭ cū oculo ⁊.h.
mō suscipiṭ spēs i visu ⁊ fit visio. Dubitaret forte aliqs qr nō videm⁹ p egressū radiorū
ab oculo vt posuit plato. dōm q̄ qđlibet agens
agit p suā formā sic ergo oz q̄ itellect⁹ iformeṭ
spē itelligibili ad.h q̄ itelligat sic oz q̄ ocul⁹
informetur spē visibili ad.h.q̄ videat. sed ppter regressum radiorum ab oculo nulla species inprimitur in oclo oportet itaqz quod videamus suscipiendo spēz visibilis rei nō emittendo radios ⁊c.

Quod autem impossibile sit ⁊ ce.
vt dicebatur philosophus in precedenti lectione duo supposuit.videlicet quod animal đ necessitate habz sensus tactus ⁊ quod impossibile est animal habere corpus simplex.
Ostenso ergo quod animal de necessitate habet sensum tactus i pte ista oñdit q̄ ipossibile
ē aial hēe corpus simplex circa q̄ duo facit primo pponit q̄ itendit.scđo declarat ppositum
ibi alia aūt.dicit ergo q̄ ipossibile sit corp⁹ aialis
eē simplex manifestū ex dicēdis.dico aūt puta
igneū aut aereū aut aliquo⁹ alteri⁹ elīi q̄ aūt ē
nō possit corp⁹ aialis sic eē simplex manifestū
ē qz sine tactu qdez nec ɔtingit aial vnū aliuz
hēe sensuz corpus.n.aialis oē ē aiatuz ⁊ ē tactiuuz sicut dictū ē. Notañ aūt vim rōnis h⁹
in.h.ɔsistere q̄ si oē corpus aialis ē tactiuū.qz
sine tactu n all⁹ pōt eē sensus ⁊ tactus non pōt
reseruari i uno elemēto simplici ipossibile ē corpus aialis eē simplex. Deinde cū dicit alia
aūt manifestat q̄ dixerat.oñdit.n.qđ tact⁹ nō
pōt reseruari i vno elō.circa qđ tria facit.qz pmo
oñdit qr tactus.h.nomē accepit.2o declarat
q̄ i corpe simplici vel i vno aliquo elō nō pōt
reseruari sēsus tactus.tertio ex his q̄ dixerat ecōcludit q̄ aialia puata tactu nō psūt vlterius subsistere.sz necesse ē ea mori.2a ibi qr huiusmōi
elemētorū.tertia ibi manifestū igiṭ dicit ergo q̄
alia āt sēsitiua p altera qdez media sensibilia vtiqz sient oīa aūt alia sensibilia supp̄ sentiunṭ.eo
q̄ alterū ⁊ p mediū faciūt sentire sēsuz.sz tact⁹
ē in tāgendo ipa sensibilia pp q̄.h.sēsus.h.hz nomen ⁊ tm̄ alii sēsus sentiūt p tactū.i.tangēdo.sz
tm̄.h.ē p altera sz hic solus tactus vr sentire p
seipm. Dubitaret forte aliqs vtrū alii sēsus sentiāt tangēdo.dōm q̄ id qđ nō tangit nō agit si
ergo alia sensibilia nō tangerēt alios sēsus nō agerent i ipos.oīa ergo sēsus sentit i eo q̄ tāgit suū
sensibile.sz sensibile tangere sēsum pōt eē dupliciter vl p mediū extraneū vel p mediū adnatū.alia
ergo sensibilia tāgunt sēsus.sz p mediū extraneū
vt visibile tangit visū ⁊ multiplicat spēz suaz
vsqz ad ipm mediāte aere sic sonus ⁊ odor attingunt suos sēsus ⁊ multiplicāt spēm suaz vsqz
ad ipos per mediū extraneuz.sz tactus sentit
suum sensibile mediāte carne q̄ mediū nō ē nobis
extraneuz.sed est nobis ɔnaturale ⁊ adunatū
ideo licet aliquo modo alia sensibilia sentiantur
a nobis ex eo q̄ tangūt nos.tm̄ qz nō tangūt nos
imediate nec per medium ɔnaturale ⁊ adunatum.sed per mediū extraneuz alii sensus nō ppriē vocātur tactus tangibile.vero qz attingit
nos per se loquendo imediate vl quia attingit
nos per medium cōnaturale nobis vel adunatum. Ideo hoc sensibile sortitum est hoc
nomen ⁊ vocatur tangibile et sensus qui sentit huiusmodi sensibile sortitus est hoc nomē
et vocatur tactus. Deinde cū dicit qr h⁹i
elīoz oñso quare tact⁹ sortitus est hoc nomen

ostēdit q̄ ī corpe simplici vel ī aliquo vno elēto nō pōt reseruari corpus aīlis qr nō pōt ibi reseruari sensus tactus. dicens quare nullū huiusmodi elēto℞ vnq̄z erit corpus aīalis nec vnq̄z corp⁹ aīlis erit terrenū nec erit aliqd elm̄ simplex qr oīum tāgibiliū tactus ē sicut medietas ꝛ sensus tactus ē susceptiuus nō solū eo℞ q̄cūq̄z sūt diffēr terre sꝫ ē susceptiuus calidi ꝛ frigidi ꝛ oīuꝫ aliorum tāgi possibiliū. igit̄ si tactus ē meditat⁹ tangibiliū ꝛ ē in potētia ad oēs qualitates tangibiles. cū in elemēto nō reseruet̄ talis potētialitas nec talis medietas qr in eis nō sūt qualitates medie. sꝫ extreme corpus aīalis nō poterit ↄstare ex vno elemēto simplici. qr tunc ī eo nō possꝫ reseruari sensus tactus. ꝛ pp̄. h. qr sic ē ossibus ꝛ capillis ꝛ huiusmōi partibus nō sentimus. qr sūt terree qr ī eis nimis dn̄at̄ terra ꝛ plāte ēt ob hoc nullū hn̄t sensum qr terre sūt. nā sine tactu aūt nec vnū possibile ē eē aīaliuꝫ. h. aūt sensus. i. tactus nō ē terre nec alius alicu⁹ ellemēto℞ plāte itaq̄z capilli ꝛ ossa ꝛ cetera talia qr nimis terrea sunt nō poterit ī eis eē sensus tactus ꝛ per ↄn̄s nullus alius sensus. Dubitaret forte aliqs vt℞ ea ī qbus dn̄at̄ terra possint hr̄e sensum tactus ꝛ vr̄ q̄ nō p eaq̄. h. dicit̄ nā tactus vt. h. dī nec ē terre nec alicuius ellemento℞ vbi ergo dn̄at̄ terra vel ēt vbi dn̄at̄ aliqd aliud ellemētū vt vr̄ nō possꝫ ibi reseruari sensus tactus in ↄtrium ē qr in oībus mixtis dn̄at̄ terra. nā mixtis nō ↄpetit aliqs locus nālis nisi rōe ellemēti p̄dn̄antis ī ipso. vt vult ↄmētator supra prīn. celi ꝛ mūdi. dicere ergo q̄ sit aliqd mixtū ī quo nō dn̄et̄ aliqd ellemēto℞ ē dr̄e q̄ illi mixto nō ↄpetit aliqs motus nālis hoc vero posito vbicūq̄z poneret̄ illud mixtū staret ꝛ nō moueret̄ sm̄. n. hāc ypothesiꝫ. qr ī illo mixto nō plus dn̄arent̄ ellā grauia q̄ꝫ leuia nec ecōuerso nō pl⁹ ↄdescēdēt q̄ꝫ ascēderet vbicūq̄z ergo poneret̄ quiesceret ꝛ qr in nullo mixto hoc videmus. sꝫ oīa mixta tēdunt deorsuꝫ debemus arguere q̄ in oībus mixtis dn̄at̄ terra si ergo ea oīa in qbus dn̄at̄ terra carerēt sensu tactus ī illo mixto reseruaret̄ sensus tactus preterea sensus tactus vel reseruat̄ ī corpore simplici. vel ī corpore mixto. ī corpore simplici nō qr vt dr̄ in lr̄a huiusmōi sensus. nec ē terre nec ē alicuius ello℞ ī corpore ēt mixto nō qr ī oīb⁹ talibus vt dictuꝫ ē dn̄at̄ terra qr si vera sunt q̄ dr̄r in lr̄a ī nullo corpore reseruabit̄ sensus tactus. dr̄m qd dn̄ari terrā in aliquo mixto vel pōt intelli sm̄ molē ꝛ sbām vel sm̄ virtuteꝫ ī oibus. n. mixtis dn̄ant̄ ellā grauia scd̄m moleꝫ ꝛ sbām nō tn̄ ī oibꝫ eis dn̄ant̄ huiusmōi ellā scd̄m virtutē inde ē qd oīa mixta tēdunt deorsuꝫ pp̄ter dn̄ium grauiū sꝫ molē ꝛ sbām attn̄ sꝫ ellā grauia sint frigida. nō tn̄ oīa mixta sunt frigida qr nō in omnibus mixtis dn̄ant̄ ellemēta grauia sꝫ virtutē vbi ergo scd̄m. h. idest scd̄m vtutē ꝛ q̄litates actiuas ꝛ passiuas fit reductio ad mediū poterit ibi reseruari sensus tactus vbi vero nō sensus tactus ibi reseruari nō poterit vel dr̄e possumus qd nō oē dn̄iuꝫ terre tollit sensum tactus. sed vbi adeo dn̄at̄ terra qd nō pōt ibi reseruari media ꝓportio tāgibiliū cuiusmōi sunt ossa capilli lapides ꝛ plante q̄ sunt nimis terrestria nō poterit ibi reseruari sensus tactus. sꝫ ubi nō adeo dn̄at̄ terra sꝫ est ibi media ꝓportio tangibiliū poterit ibi reseruari huius sensus. Deinde cuꝫ dicit manifestū igr̄ qm̄ ostēdit qd aīalia priuata tactu nō pn̄t vlterius subsistere. sꝫ necesse ē ea mori et corrūpi. circa qd duo facit qr primo facit qd dictū ē. scd̄o ↄparat alios sensus ad sensuꝫ tactus ibi pp̄ter. h. qdeꝫ dicit ergo q̄ manifestū ē igr̄ q̄ aīalia priuata hoc solo sensu necesse est ea mori et corrūpi et subdit q̄ nec. n. hūc. ī. sensum tactus possibile ē hr̄e q̄ nō est ens aīal. nec cum sit aīal necesse ē hr̄e aliuꝫ sensum preter hunc. Dubitaret forte aliqs qr vt℞ hic vr̄ phūs q̄ solus tactus sit necessarius aīalibus ita q̄ q̄cqd nō existit nō hꝫ tactum et q̄ ē aīal nō necesse ē hr̄e alium sensuꝫ p̄ter hunc. ī. p̄ter tactuꝫ ↄtrium aūt dixit supius. vbi visus ē vr̄ q̄ sensus gustus ē alimēti ꝛ q̄ gustus ē necessarius aīali. dr̄m ē q̄ gustus dupliciter pōt considerari vel in se uel vt est qdam tactus si ↄsideraꝫ gustus in se nō est necessarius aīali sꝫ vt ↄsideraꝫ ut ē qdaꝫ tactus sic ē aīali necessari⁹ Dicebat̄. n. supra q̄ sicut odor tactus ē fundamentū odi gustus qr humidū ē fundamētum saporis sic sensus tactus ē fundamētuꝫ sensus gustus. sed licet tactus sit fundamētum gustus nō tamē sm̄ se totum tactus ꝛ vt hꝫ esse ī toto corpore ē fundamētū gustus. sꝫ solum tactus ille q est in illa parte. vnde sumit̄ cibus dr̄ esse fundamētum gustus. ꝛ qr nō oīs tactus nec tactus in oī parte corporis ē fundamentū gust⁹ sꝫ solus tactus qdam vel tactus fundat⁹ in q̄dam parte gustus nō dr̄ oīs tactus. sꝫ quidaꝫ tactus quare si gustus noīet sensuꝫ scd̄m se sic nō est necessarius aīali. sed si nominet ipꝫ quēdam tactū in quo fūdat̄ sic ē necessarius aīali nam ille tactus q ē ī illa pte per quaꝫ capit̄ cibus gustus dici pōt sm̄. h. ergo gustus ē necessarius aīali. qr si nō eēt ille quidā tactus qui ē in illa parte per quā capit̄ cibus animal nāquā sumeret cibum ꝛ sic saluari non posset. Est enim dilligenter notan̄ quod in sumendo cibū quedam sunt ibi dellectationes que sunt ipsius gustus secundum se quedam vero nō sunt ipsius gustus secūdꝫ se vel si sunt ipsius gustus hic est inquantum gustus est quidam tactus. Et maiores sunt delectationes ille que sunt ipsius tactus vel que sunt gustus inquantum ē quidam tactus quam ille que sunt ipsius gustus secundum se. hoc patet ex. h. quia cuꝫ gustus secundum se non seruetur in gutture sed in lingua sine comparatione tamen plus delectatur animal cum alimentum peruenit ad guttur quā cū sit in lingua. ide est q̄ phūs. ter-

tio ethicorū gulla͡z ⁊ itēpantiā magis fieri
dicit circa delectatiōes tactus quā circa dele-
ctationes gustus. Dicamus igit̄ quod omē
aīal delectatur in alimēto ⁊ cibo q: si .h. nō eēt
nūq̄z alimētū sumeret illas tamē delectatio
nes spāles ⁊ ꝓprias que sunt gustus ſm se nō
hz oē aīal. oē itaq̄z aīal in sumēdo alimētū hz
delectatiōes tactus ⁊ hz delectationes gustus
iquantū gustus ē quidā tactus. q: si has dele-
ctationes nō hrēt nullo mō delectaret̄ in cibo
attamē delectationes illas q̄ sunt gustus in eo
ꝙ gustus nō hz oē aīal ⁊ q: nisi delectaret̄ aīal
in cibo saluari nō posset gust⁹ in eo ꝙ ē qdam
tactus ē necessarius aīali. ſz nō est ei necessari⁹
gustus ſm se ⁊ vt ē distinctus a quodā tactu.

Deinde cū dicit ⁊ pp. h. qdem ꝯpat alios
ſsus ad ſsum tactus ⁊ ē. h. ꝯperatio talis qd
excellentie alioꝝ ſsibiliū corrūpunt alios sen
sus. ſz nō corrūpunt aīal. ſz excellētie tāgibiliū
corrumpāt ſsum tactus ⁊ ꝑ ꝯñs corrumpunt
aīal. circa. h. tria facit q: primo oñdet ꝙ excel
lentie alioꝝ ſsibiliū ꝑ se corrumpūt alios sen
sus tñ nō corrumpūt aīal per se ſz ꝑ accñs. ſo ð
clarat ꝙ excellētie tāgibiliū ꝑ se corrūpūt ſsū
tactus ⁊ ēt ꝑ se corrūpunt aīal. tertio ⁊ vltimo
manat ad qd alii ſsus desuiunt aīli. ſa ibi tan
gibiliū aūt. tertia ibi alios aūt ſsus dicit ergo
ꝙ pp. h. qdem ꝙ supp̄ nō sunt alii ſsus necessa
rii aīali. Alia ſsibilia suis excellētiis nō corrū
punt aīal vt color ⁊ odor ⁊ sonus ꝑ se nō corrū
punt aīal. ſz solū sensus. nō. n. talia corrūpant
aīal nisi ſz accñs puta si simul ī sono fiat ict⁹
⁊ depulsio sicut apꝫ in tonitruo qð nō rōne so
ni sed rōne uentis mot⁹ ⁊ rōne ictus hz scindē
ligna ⁊ corrūpere aīalia. sic et a visu ⁊ odore aī
malia mouent̄ ⁊ corrūpunt̄. ſz talia corrūpunt
ſm ea q̄ corrūpunt tactu ⁊ humor. i. sapor sic
corrūpit ſm ꝙ simul accidit ipm sapor ē qd
tactiuū. i. eē quodā tangibile. Dubitaret for
te aliqs q̄ñ visus ⁊ odor corrūpunt aīal sicut
ea q̄ corrūpunt tactu. Dōm ꝙ iueniunt̄ aliq̄
aīalia q̄ solo visu corrūpunt alia aīalia ut dr ð
basilisco. sic ēt vt dicit̄ in india sunt qdam ser
pentes adeo venenosi qð aspiciendo poma sic
venenāt ea ꝙ gustant̄ de illis pomis necesse
ē sibi mori. Cū mergo dr ꝙ basilisci videntes
alia aīalia corrumpūt illa ⁊ qð illi ſpētes aspi
cientes poma venenāt ea. nō est hoc itelligendū
qð visus ſm quod huiusmōi hēat aliqd efficē
in id qð videt. q: visibile ſm qð hui⁹ nihil pa
titur a visu. ſz magis visus patitur a visibili il
la ergo corruptio ⁊ illa venenatio sic ē itelligē
da qð ab oculis basilisci et ab oculis illoꝝ ser-
pentium euaporāt aliq vapores īfecti q īficiūt
aerē. aer vero īfectus attingēs poma venenāt
ea ⁊ attingēs alia aīalia corrūpit ea ergo visus
corrumpit aīalia sicut corrūpunt aīalia ea q̄
corrūpunt tactu. i. ꝑ tactū. q: nisi aer īfectus
attingēt aīalia nūq̄z corrūperēt ⁊ ꝙ dictū ē de
visu itelligēð ē de odore. nā odor ſm se q̄z nūq̄

q̄z excellēs nūq̄z corrūperet aīal. ſz solū nō cor-
rūperet odoratū attñ q: a corpe fetida simil̄ cū
odore fetido pñt egredi aliq vapores īfecti. ⁊
illi vapores īfecti īficient aerē. ⁊ cū aer est īfe
ctus attingens aīal corrūpet ipm. ista ergo cor
ruptio magis erit ex tactu q̄z ex odoratu.
Deinde cū dicit tangibiliū aūt oñdit ꝙ excellē-
tie tangibiliū ꝑ se corrūpūt aīal. d. tangibiliū
aūt excellētia vt calidoꝝ ⁊ frigidoꝝ ⁊ duroꝝ
corrūpit aīal et ē. tertio q: oēs qdem supflui
tas. i. oēs excellētia sensibilis corrūpit ſsum q:
excellēna eius ꝙ tangi pōt corrūpit tactum. h
aūt. i. ſm. h. vz ſm tactū determinatū est ipi
aīali viuere. q: statiz cū aīal caret tactu. caret
vita. ideo sequitur ꝙ sine tactu aūt nōstratū est
qð īpossibile ē aīal eē vnde excellētia tāgibiliū
nō solū sensū tactus corrūpit ſz corrūpit aīal
q: necesse ē aīal solū hrē hūc. i. tactū. Notan
aūt qð q: solus tact⁹ ē necessarius aīali. alii aūt
ſsus nō sunt necessarii. iō q̄ corrūpunt alios sē
sus nō oꝫ ꝙ corrūpunt aīal. ſz que corrūpunt
tactū ð necessitate corrūpūt ⁊ aīal. Dubitaret
forte aliqs utꝝ alii ſsus sint necessarii aīali ⁊ vr̄
qð sic q: nō oīa aīalia hñt ea ex qbus sunt apta
nutriri ī loco sue gñationis q: talibus aīalibz
necessarii sunt alii ſsus. vt possint sibi q̄re ali-
mentū. Dōm qð. h. rō nō arguit qð aīali sint
simplr̄ necessarii alii sensus. ſz qð aīali huic vt
aīali ꝓgressiuo debētis sibi q̄rere cibū. ſz tactus
ē necessarius aīali simplr̄ ⁊ ē necessarius aīali
cuilibz. ꝓterea alii sensus sunt necessarii aīali
ꝓgressiuo aliquo mō per accñs iq̄ztū tale aīal
sine aliis sensibus nō pōt sibi q̄rere alimētum
ſz tactus ē necessarius per se q: q̄litates tangi
biles per se sunt de ꝯpōne corporis. s. aīalis ñ
aūt sic sunt per se de ꝯpōne talis corporis alie
sensibiles q̄litates. Ultimo cū dicit alios
aūt sensus oñdit ad qd alii sensus debuerunt aīa
li. d. qð alios aūt sensus hz aīal sicut dictū ē ñ
ꝓpter eē ſz ꝓp bene eē vt visū hz q: videat q̄
sunt ī aere ⁊ ī aqua ⁊ olo aūt hēt visum vt vi-
deat q̄cūq̄z sunt in diaphāo sensū gustus hz
aīal vt sentiat qð ē delectabile ⁊ qð ē triste in
alimento ⁊ vt ꝯcupiscat ⁊ vt moueat̄ ad ipm
alimentū auditū aūt hz ut significet̄ aliqd sibi
ab alio. linguā aūt hz ut significet aliqd alteri
⁊ ī hoc terminat̄ sentētia de aīa. Laus sit xp̄o
q ē nr̄arum aīarū merces premiū ⁊ felicitas
q cū patre ⁊ spiritu sancto ē vnus deus bñdict⁹
in secula seculoꝝ amen.

Explicit subtilissima expositio libroꝝ de aīa
Aristotelis a sūmo iterprete Egidio romano
ordinis heremitaꝝ frē edita: ex sua ꝓpre fido
exēplari rursusq̄z reiterata opa dilligētissime
castigato excerpta. Impssa vo Papie ꝑ soler-
tē viꝝ. d. Christophoꝝ de Canibus rogatu ⁊
īpēsa dilligētis viri Heronimi ð durātibus āno
1491. die. 26. mēsis Julij ad laudē eterni dei
eiusq̄z gloriosissime matris virginis marie.

Tabula itirulationū difficultatū quas mouet egidius romanus in expositione librorū de anima aristotilis in qua hic ordo situatur vt lz plurima notatu digna tangantur. tñ ea solum annotantur que sub dubitationū titulo ponūtur Cum vō sub hac forma nihil pponatur vsque ad illā ptem textus. que incipit ibi. Principiū aūt q̄stionis: Ideo tabula ex eo loco initiū sumet

Principium aūt questionis.